


EPISTULA LEONINA

CCLXXXIX

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <https://ephemerisnuntii.eu/leonina.php/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
DUCENTESIMAM UNDENONAGESIMAM (289)

ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA	03-05
Parœmiaca: VERBA VOLANT SCRIPTA MANENT	06
Academica (ALF)	
CONSILIUM PRAESIDIALE ALF 2024	07-10
SPEM NUMQUAM ESSE DEPONENDAM - Gaii Licoppe Nestoris ALF Monita Gravissima.....	11-17
CARE NESTOR NOLI INDIGNARI: Merita tua lexicographica semper memoravi memoraboque (LL).....	18-20
CERTAMEN QUIRINALE II (Marcus Cristini)	21-22
MARCUS CRISTINI LECTORIBUS EPISTULAE LEONINAE S.	23-24
INDEX PERIODICORVM quem suadente Christiano Laes componendum proponit Carolus Lyvens.....	25-28
Latinitas Viva	
THALIA LATINA LITUANIENSIS.....	29-34
DE AMBULATIONIBUS AUGUSTANIS (Maximilianus Pulcher Mystagogus).....	35-37
IN MEMORIAM IOSEPHI HOLZERI SIVE XYLANDRI (P.C.Eichenseer †, P.J.M. Mir †).....	38-62
Poetica	
HORATIVS ANTONIVS BOLOGNA quid narret de vita carminibusque suis.....	63-73
AD LVCIVM AMICVM - CARMEN HORATII ANTONII BOLOGNA.....	74-78
MAVRVS PISINI: Carmina Æstivalia.....	79-85
Fabulosa	
CATTUS COTHURNATUS (Perrault/ de la Pietà) & DOMINA MORS (Grimm/ de la Pietà)	86-88
Chronogrammatica	
CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA.....	89-126
Pseudopandemica	
PSEUDOPANDEMIA & PSEUDOVACCINATIO: VOS PARTICIPASTIS !	127-135
Revelatoria & Investigativa	
LIBERATIO IULIANI ASSANGE QUANTUM VALEAT AD LIBERTATEM NOSTRAM.....	136-142
ECCE TRES REVELATORES ILLUSTRISSIMI: HERSH – ASSANGE – SNOWDEN.....	143-148
ASSANGEUM MOX FORE LIBERUM !	149-153
Rutenica: Audiatur et altera pars!	
QUARE BIDENIUS NON VULT AMERICANOS VISERE RUTENIAM? (Varoli/LL)	154-165
DE RUTENIA QUID REFERAT THOMAS PRAECO PETROPOLITANUS.....	166-208
ECCE LVSCINIVS RUTENUS ROGATUS RESPONDET Diurnarius et telemoderator Ruteniae illustrissimus	209-227
Apocalypticica	
ECPYROSIS ATOMICA. De cinemate c.t. »DIES POSTRIDUANUS«.....	228-242
Epistolica	
ECHUS VOCES & EPISTULAE..... <i>Alexius Scatebranus (247-250) – Ansgarius Osloensis (263-270) – Gabriel Heinkel (280-281) - Gaius Licoppe (243-247) - Horatius Antonius Bologna (275-278) – Iacobus a Misericordia (286) - Iohannes Petrus Knijff (286-287) - Marcus Cristini (270-273) – Maurus Pisini (278-280) - Maximilianus Pulcher Mystagogus (273-275) – Michael Faber Saraviensis (281-285) - Naevius Sartorius (250-263) – Radulfus Bonaeropolitanus (287-288) – Robertus Spataro (288-289) - Victorius Ciarrocchi Pisarenis (289)</i>	243-289
CORRIGENDA ET SUPPLENDA.....	290
LIBRI LEONIS LATINI.....	291-294

PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS
SAL.PL.DIC.



고래 싸움에 새우 등 터진다

BALAEINIS PUGNANTIBUS
DIRUMPUNTUR CANCRULI

PROVERBIUM COREANICUM

Cara Lectrix, Care Lector,

quomodo te habes? Rectène vales? Tandem editurus sum Epistulam meam Leoninam 289. Quae etiam copiosior facta est quam proxima praeterita: habet enim 296, i.e. ducentas nonaginta sex paginas. Interdum sunt, qui lamententur se tantam copiam paginarum Leonis legere omnino non valere. Equidem

praefero abundantiam egestati. Ceterum nemo cogitur, ut omnes fructûs sibi praebitos statim degluttiat. Inspice Indicem argumentorum et elige quaecumque tibi placeant, evita quae displiceant, quae maiora sunt, quam ut statim perlegas, eorum lectionem differas – nil obstat! –

Ne – ut aiunt nostrates – nimiâ arborum copiâ perturbatus quodammodo ipsam silvam quam perlustrabis non cognoscas, in Indice Argumentorum tibi dedi decem capitulorum superscriptiones, quae sunt: *Paroemiaca – Academica (ALF) – Poetica – Fabulosa – Pseudopandemica – Revelatoria & Investigativa – Chronogrammatica – Rutenica (Audiatur et altera pars!) – Apocalyptica – Epistolica.*

En habes cenam Leoninam sat opiparam. Denuo Leo tibi praebet Cornu Copiae et Saturam Lancem: Lectionem utinam ne asperneris: magna est varietas, quia delectat, habemus etiam aliquid aptum ad gustum tuum delicatissimum.

Ceterum intimo ex animo tibi suadeo, ut perlegas etiam **EPISTULAS ET ECHÛS VOCES** mihi a lectoribus benignè oblatas, qui cogitationes commotionesque suas animorum exprimant Latinitate iucundissimâ...


Nunc laetare perlustrans symbolas huius Epistulae Leoninae. Si eos textûs quos Leo aut edidit aut ipse

*scripsit aut togâ ornavit haud aspernatus eris –
 »sublimi feriam sidera vertice«.* – Si agitur de
 quaestionibus litigiosis – semper studeas non solum
thesi, sed etiam *antithesi* inveniendae; denique, mi
 care, fortasse feliciter continget, ut nos, tu et ego, unâ
 inveniamus *synthesin*! Sed quaecumque senseris, ne
 umquam obliviscaris proverbium Romanum:
AUDIATUR ET ALTERA PARS!

Denique Leo Latinus intimo ex corde exoptat tibi et
 sibi et omnibus hominibus: **UT TANDEM FIAT IN
 TERRIS PAX!** Nam ut est in proverbio Coreanorum:
Balaenis pugnantis dirumpuntur cancruli. Nos
*Europaei cancruli caveamus ne dirumpamur a
 balaenis.* Cara Lectrix, care Lector, medullitus te
 salutat...

Dr. Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.de/>

LEO LATINUS

Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae

Die Dominicâ, d.07. m.Iulii a.MMXIV





VERBA VOLANT SCRIPTA MANENT

"De Libro Vitae", in Francisci Turretini Opera (works of Francis Turretin), John D. Lowe, Edinburgh, vol. IV, p. 212 (1687, 1848).



CONSILIUM PRAESIDIALE ALF



PROF. DR. CHRISTIANUS LAES
ANTVERPIENSIS ET MAMUCIENSIS
PRAESES ALF

Perscriptio

Die 31 mensis Maii anni 2024, hora 10,00 Consilium Praesidiale ALF habetur in Academiae Belgicae aedibus ad res instruendas pro imminente Coetu Generali Sodalium ALF (hora 14,00). Adsunt Praeses Christian Laes, Consiliarii Iohannes Carolus Rossi et Marcus Cristini, Secretarius Nicolaus De Mico.

ORDO RERUM AGENDARUM est:

1. Relatio Praesidis et nuntii tam de inceptis quibusdam recentioribus quam de rebus hac in sessione agendis, dein in Coetu Generali tractandis.
2. De certamine Quirinali referet Marcus Cristini.
3. De certamine Thaliae referet Iosephus Marcellino.
4. Quas orationes aditiales audituri simus (d'Angour, Stramaglia, Tarantino, Keeline, Malaspina, Sajovic).
5. De novis sodalibus proponendis.
6. De novo conventu 2025 'Vinculum universale sive Periodica Latina per saecula considerata' referet Christianus Laes.
7. De rationibus nummariis referet sodalis Nicolaus de Mico.
8. De stipe solvenda pro anno 2024 referet Francisca Deraedt absens.
9. De Academiae domicilio: quis sit status necessarius referet Nicolaus de Mico.
10. De progressu lexicum Latini quod apparat Nicolaus Gross brevissimus nuntius.
11. De sede quae nobis est in rete mundano atque de aliis instrumentis, sicuti Twitter.
12. Alia, si qua sunt.

Salutatione mutua facta, singula puncta examinantur.

Ad punctum 1. In primis Praeses loquitur de Actis Academiae Latinitati Fovendae nuper editis, quorum editio res est pulcherrima, dicit: nota fieri debent in omni orbis terrarum regione. Est quasi munus cuiusquam sodalis ut bibliothecis suadeant ut libros sumant. Praecipuae pro hoc opere gratiae agenda sunt Franciscae Deraedt, quae pereleganter volumina perfecit. Aliqua volumina tamquam praeconia institutis maioris momenti donanda erunt, ut quam plurimis hominibus doctis Academiae incepta pateant.

Hanc rem curabunt: in Italia Marcus Cristini et Iohannes Carolus Rossi (quoad bibliothecas), Nicolaus de Mico (quod attinet ad Academias Romae sitas), in Germania Sigrides Albert (de hoc adhuc roganda), in Hispania Ioachimus Pasqual Barea (item adhuc rogandus), in Gallia Severina Tarentino, in Belgica Theodericus Sacré, in Anglia Christianus Laes, in Austria Kurtius Smolak.

Praeses multis Academiae inceptis laetatur, quae argumenta sunt Academiam sat bene valere.

Ad punctum 2. Primo certamine Quirinali Marcus Cristini valde contentum se dicit. Quattuor participes fuerunt, qui optimas miserunt symbolas laudationesque pro his accipient. Unanimiter victor evasit Antonius Haaker. Certaminis successus, monet Marcus Cristini, alterum certamen indicendum suadet.

Ad punctum 3. Iosephus Marcellino, quodam morbo impediante, advenire non potuit. Sunt tamen praemii c. t. ‘Thalia’ iam in rete nuntii vulgati: donavit Academia tria milia euronum ad id fovendum.

Ad punctum 4. In Coetu Generali novi sodales orationes habebunt Armandus D’Angourt, Antonius Stramaglia, Herimannus Malaspina, Severina Tarentino, Miranus Sajovic et Thomas Keeline.

Ad punctum 5. Consilium Praesidiale Antonium Haaker, qui Certamen Quirinale vicit, novum sodalem cooptandum proponet Coetui Generali.

Ad punctum 6. Christianus Laes Conventui Internationali ALF anno 2025 Casertae habendo mediante fere mense Iunio argumentum proponet “Vinculum universale sive Periodica Latina per saecula considerata”.

Tempore iam cito lapso, reliqua puncta in Coetum Generalem tractanda differuntur.

COETUS GENERALIS

Die Veneris 31 mensis Maii anni 2024, hora 15,00, Romae, in aedibus Academiae Belgicae Coetus Generalis Sodalium ALF habetur. Adsunt: Praeses Christianus Laes, Consilarii Marcus Cristini et Iohannes Carolus Rossi, Secretarius Nicolaus De Mico, Sodales Ignatius Armella, Daniel Blanchard, Anna Maria Chevallier, Iacobus Dalla Pietà, Gerardus Freyburger, Paula Marongiu, Aloisius Miraglia, Theodericus Sacré, Robertus Spataro, Antonius Stramaglia, Severina Tarentino. Se excusaverunt Francisca Deraedt, Gaius Licoppe, Iosephus Marcellino, Axelius Schönberger, Curtius Smolak, Miranus Sajovic.

Ad punctum 1. Praeses Christianus Laes omnes Sodales salutatur eorum quoque nomine, qui se excusaverunt quod interesse non potuerint.

De Actis ab Academia tam pulchre editis unicuique Sodali suadet ut Bibliothecam suam adeat horteturque ut haec duo pulcherrima volumina emere velit. Interim trina volumina donabunt Universitatibus, Bibliothecis vel Academiis, quas efficaciores sentient ad inceptorum Academiae notitiam vulgandam: in Italia Iohannes Carolus Rossi, Marcus Cristini et Nicolaus De Mico; in Anglia Christianus Laes; in Belgica Theodericus Sacré; in Gallia Severina Tarentino; in Hispania Ioachimus Pasqual Barea; in Germania Sigrides Albert; in Austria Curtius Smolak.

Ad punctum 2. De Certamine Quirinali, ab Academia instituto, refert Marcus Cristini: tres iudices fuerunt ipse Cristini, Francisca Deraedt et Iohannes Carolus Rossi. Optimis symbolis, quae omnes bonae fuere et iudicibus arriserunt, quattuor docti homines certaverunt, e quibus victor evasit Antonius Haaker, cui victoriae diploma et praemium quingentorum euronum tribuetur. Marcus Cristini suadet ut Certamen iterum in proximum annum instituat, eodem modo habendum. Symbolae, quae ab anno 2019 usque ad annum 2025 scriptae sint, mittendae erunt ante Kal. Feb. a. 2025. Quod omnibus Sodalibus placet.

Ad punctum 3. Academia iam primam versionem Certaminis c.t. “Thalia” adiuvit tribus euronum milibus expensis. Iterum in proximum annum omnibus placet Certamen iuvare iisdem opibus tributis.

Ad punctum 4. Orationes aditiales habent Severina Tarentino, Antonius Stramaglia, Hermannus Malaspina, Thomas Keeline, qui sodales fiunt, sicuti et Miranus Sajovic, qui propter valetudinem hodie adesse non valuit.

Ad punctum 5. Consilium Praesidiale proponit Antonium Haaker novum sodalem cooptandum. Aloisius Miraglia putat Bernardum Steuber ac Mauricium Campanelli asciscendos. Robertus autem Spataro Iosephi Aloysii Lima nomen profert. Omnibus Sodalibus placent nomina proposita. Praeses litteras commendaticias curabit scribendas.

Ad punctum 6. Academia post quattuor annos semper habuit Conventum magnum. Consilio Praesidiali est in animo proponere argumentum sat amplum, non autem nimis amplum: agitur de periodicis Latinis per saecula consideratis. Conventus fiet Casertae, Sodali Roberto Spataro curante, mediante mense Iunio. Academia appellatura est homines doctos ea ratione quae dicitur “Call for Papers”. Designabuntur autem tres censores, ut postea Actorum volumina habeantur laudabilia non modo propter linguam, sed etiam propter argumenta. Aloisius Miraglia monet ut nominaliter invitentur oratores optime periti, quod omnibus placet. Christianus enim Laes suadet ut censores curent illius provinciae peritissimos invitandos. Dummodo fiant omnes orationes Latine.

Ad punctum 7. Absente Arcaria Francisca Deraedt, rationes nummarias annorum 2023 (“conto consuntivo”) et 2024 (“conto preventivo”) Secretarius Nicolaus De Mico profert inspiciendas probandasque. Omnes Sodales rationes nummarias probant. Sunt nunc in arca Academiae 67.323,72 euronum.

Ad punctum 8. Abest Arcaria Francisca Deraedt, quae tamen epistulam sodalibus quam primum missura est de stipe 50 euronum anno 2024 Sodalibus solvenda. Anno 2023 stipem solverunt Albert, Beck, Blanchard, Chevallier, Ciarrocchi, Cristini, De

Mico, Deraedt, Di Maria, Freyburger, Laes, Licoppe, Marongiu, Minkova, Mouchova, Pisini, Ploton Nicollet, Regtuit, Roggen, Rossi, Schaffenrath, Schonberger, Smolak, Spataro, Tunberg, Watanabe.

Ad punctum 9. Ad personalitatem iuridicam assequendam Academiae opus est domicilium firmum habere. Academia Belgica iam non vult aedes suas stabiliter concedere; Secretarius Nicolaus De Mico itaque petit ab Aloisio Miraglia ut Academiam in suis sedibus hospitio accipere velit. Sodalis Aloisius Miraglia dicit se libenter locum Academiae in villa c.n. "Lucidi" concessurum esse. Qua de re omnes Sodales ei gratias agunt. Quod attinet ad computum in mensa argentaria: Nicolai De Mico domicilium indicetur oportet.

Ad punctum 10. Strenuissimus Sodalis Nicolaus Gross plurimum laboravit operi lexicographico conficiendo. Iam opus processit et quam primum volumen perfectum videri poterit.

Ad punctum 11. Sedem, quae Academiae est in rete mundano, solertissime curare solet Alter a Praeside Iosephus Marcellinus, qui se dixit paratum hoc opus pergere. Quod omnibus placet.

Ad punctum 12. Sodalis Robertus Spataro de epistula Gai Licoppe circummissa serio cogitandum esse putat. Aloisius Miraglia, qui profert se Gaium ipsum valde amare, monet autem non incusandos illos qui lingua Latina viva non utantur. Hoc invehendi modo multi ab Academia Latinitati Fovendae diligenda amoventur et sic fit ut discedant. Academiae nostrae id praesertim cordi est ut lingua Latina in dialogis inter doctos restituatur: ad illam est consuetudinem redeundum; sed iam non potest in usum cotidianum lingua Latina restitui.

His rebus peractis, pervenitur ad finem sessionis, hora 17,00.

SPEM NUMQUAM ESSE DEPONENDAM

GAI LICOPPE NESTORIS ALF MONITA GRAVISSIMA

Doleo quod familiaribus necessitatibus impediatur ne Academiae sessionem Romae participem. Acroasis, quam ibi facere volebam, spectat ad solos Academiae sodales, cum sit de eius statu conclusio; haec enim quaestio diu mihi fuit magnae curae. Praeses, Christianus Laes, suavit ut textum ad omnes sodales mitterem.



**ECCE GAIUS LICOPPE (*1931) NESTOR ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE
(ALF) MERITISSIMUS AMATOR LATINITATIS VIVAE FERVENTISSIMUS**

Cum ante viginti annos Academiae sodalis adscitus sum, intempestivus eram: academicam cathedram in aliqua studiorum universitate non habebam, ne philologus quidem eram, sed tantum medicinae doctor; ordinarius ergo sodalis fieri non poteram.

Tuomo Pekkanen, amicus et strenuus Latinitatis vivae fautor, anno 1989 me una cum Francisca in Finnam invitavit ad participandum primum seminarium Latinum quod pro Latine docentibus instituebat.

Ea occasione mihi dixit se anno 1968 in triennium factum esse rectorem Instituti Romani Finlandiae et tunc adscitum esse, ut mos erat, sodalem ordinarium Academiae Latinitati Inter Omnes Gentes Fovendae, sed eius annuae sessioni anno 1973 ultimum interfuisse. In Finnam reversus Academiam omnino neglexit propter privatas difficultates et post quinque annos ex indice sodalium sublatus est; iterum sodalis fieri cupiebat, sed probare non poterat se sodalem iam fuisse quindecim annis ante.

Hoc documentum in archivo meo facile inveni, quo nisus Pekkanen ab Academiae praeside petivit ut iterum sodalis agnosceretur. Hoc negandum non erat viro claro facto Latina translatione Finnorum carminis epici, *Kalevala*, itaque eodem anno 1989 Coetus sodalium eum invitavit ut inter se sederet in proxima Academiae sessione.

Pekkanen, Academiae praeses anno 2004 electus, me nesciente sodalibus suasit ut sodalis bene meritis adscisceretur, gratias sic agens quod per me sibi licuerat sedem in Academia iterum occupare.

Cum ordinarius sodalis secundum statutum fieri non possem, tertius sodalis bene meritis factus sum. Primus enim anno 1973 fuit Leopoldus Sedar Senghor, Senegaliae praeses, qui in Italiam paulo ante publice invitatus acroasin Francogallice fecerat in Capitolii Aula Protomotheca, c.t. «Le Sénégal, la latinité et les humanités classiques.» In qua Europaeos regentes increpabat quod humaniorem cycli secundarii partem in scholis gradatim tollebant. Multi aderant auditores, inter quos administri publici et legati diversarum civitatum. Haec verba Academiae sodalibus placuerunt, qui Leopoldum Senghor primum sodalem bene meritum fecerunt.

Secundus sodalis bene meritis anno 1990 creatus est Iulius Andreotti, clarus Italus politicus, qui primarius administer fuit inter annos 1989 et 1992. Ille vir, litteratus quoque, cum comperisset Academiam anno 1989 sui iuris factam esse sed pecuniam ex arca matris suae, Instituti Nationalis Studiorum Romanorum, iam non esse accepturam, effecit ut nonnullis subsidiis annuis aleretur. Pro hoc magno beneficio factus est sodalis bene meritis.

Ego, tertius bene meritis, superstes sum aetatis exactae; puer enim eram cum saevire incipit Alterum Bellum Mundanum; postea ruinas vidi in civitatibus Europaeis impotentibus factis, quare valde favebam consilio Civitatum Europaeorum Confoederandarum. Anno 1973 Latinitatem vivam fortuito inveni, sed solum scriptis; nullum enim hominem Latine loquentem convenire potui; censi tamen linguam Latinam, per tot saecula omnibus Europaeis communem, in usum publicum restitutam multum adiuvare posse foederandas civitates.

Eodem anno 1973 Caelestis Eichenseer O.S.B. in Bavaria primum seminarium Latinitatis vivae instituit, ubi participes Latine loqui docebat; hoc est verum initium renovati usus linguae Latinae. Anno 1976, cum Caelestem Eichenseer primum conveni, comperi eum operam strenue dare ut lingua Latina usui hodierno aptaretur; eius scopus idem erat ac meus et brevi incohata est frugifera cooperatio et amicitia.

Nonnullis annis post Eichenseer mihi dixit se anno 1973 sodalem Academiae creatum esse sed sessiones iam non adire, cum nihil ad Latinitatem vivam provehendam facerent sodales, qui insuper malebant Italice loqui quam Latine.

Lingua Latina in Caelestis seminariis revirescebat et participes, nationalibus linguis divisi, mirum in modum fiebant unus grex, traditum cultum nostrum communicantes.

Hoc miraculum evenit amplius viginti annis post quam Iohannes Capelle, Francogallus machinator et Universitatis Nanceiensis rector, publice monuit de necessitate linguae Latinae usus restituendi, imprimis in symbolis scientificis, quae tunc diversis linguis nationalibus divulgabantur. Conventus sine mora instituendus erat de tanto consilio, sed ei neque Latine docentes, neque regentes faverunt ac nihil factum est.

Eduardus Théodore-Aubanel, editor Avennionensis, qui consilio favebat, suis privatis sumptibus magnificum Conventum anno 1956 constituit in Avennionensi Palatio Paparum. Praeses Conventus, Iohannes Capelle, eum ordinate, modo machinatoris, paravit, iuvantibus quattuor academicis professoribus, Germanus, Francogallus, Italus et Americanus Septentrionalis. Ut programma, quod palam propositum est, ad effectum duceretur necessaria erant subsidia publica.

Eduardus Aubanel propriis sumptibus etiam creavit atque anno 1957 edere coepit periodicum Latinum c.t. *Vita Latina*, in quo divulgabantur symbolae a Latinitatis vivae fautoribus conscriptae. In Eduardi Aubanel domo creata est et sedem iuridicam habuit consociatio «Vita Latina», cuius praeses erat Iohannes Capelle.

Academici docentes linguarum classicarum consilio Iohannis Capelle diffidebant; nolebant enim quicquam mutare in docendi modo ac timebant ne auctoritatem in linguae Latinae institutione perderent. Capelle eis suadere conatus est motum Latinitatis vivae nullo modo minuturum esse eorum auctoritatem in institutione, cum sine dubio essent summi cultores custodesque litterarum Latinarum, sed frustra. Cathedratici professores, perpauca exceptis, infesti manserunt Iohannis Capelle consilio. Eorum opinione confirmati, regentes nullum subsidium dederunt.

Anno 1959 Iohannes Capelle secundum Vitae Latinae Conventum Lugduni instituit in Instituto Nationali Scientiarum Usualium, quod interea creaverat et cuius erat rector. Inter extraneos participes aderant duo Itali legati Instituti Nationalis Studiorum Romanorum, a praeside, senatore Quinto Tosatti, missi.

Iohannes Capelle, cum comperisset deficientibus subsidiis publicis vix quicquam programmatis ad effectum esse ductum, se munere Vitae Latinae praesidis abdicavit; grex participum successorem elegit Petrum Grimal, clarum Sorbonensem professorem, sed qui primo Conventui non interfuerat neque Latinitati vivae favebat; perfidis verbis in inauguratione promisit se vestigia Iohannis Capelle secuturum esse.

Anno 1959 tertium Vitae Latinae Conventum professor Robertus Schilling, iussu Petri Grimal, Argentorati instituit; in fine nuntiatum est Francogallos conventus internationales diutius non esse instituturos, qui Romae fortasse aptiorem sedem haberent. Grimal, auctoritate sua usus, sine mora Latinitatem vivam in Francogallia sustulerat.

Novus praeses Instituti Nationalis Studiorum Romanorum, clarus archaeologus Petrus Romanelli, comperto Francogallorum consilio statuit proximum conventum Romae instituere cum, ut decessor Tosatti, valde faveret Iohannis Capelle consilio. In *Vita Latina* nuntiavit se anno 1966 Romae «Omnium gentium ac nationum Conventum Latinis litteris linguaeque fovendis» instituturum esse, Italorum



Rei Publicae principis auspicio; magnificus et frequentissimus fuit Conventus, cui amplius quingenti participes ex multis civitatibus oriundi interfuerunt.

Dedecet illorum egregiorum virorum oblivisci, Iohannis Capelle, Eduardi Aubanel, Petri Romanelli, sine quibus hic una non sederemus, Nullus illorum creatorum erat philologus. Sumne re vera sodalis intempestivus?

Peracto Conventu, Romanelli voluit Latinitatis vivae fautoribus sedem firmam in Instituto suo offerre: putavit se inter Conventus participes bonos Latinitatis vivae fautores invenire posse; triginta quattuor eorum acceperunt propositum, sed unus tantum, Hispanus clericus Iosephus Maria Mir, sincerus erat et multos neologismos iam finxerat, quos in periodico *Palaestra Latina* divulgaverat; Petrus tamen Grimal etiam participabat eiusque auctoritas praevalebat. Iam ergo ab Academiae origine fallacia de scopo patuit, maximum vitium, quod in ea adhuc haeret.

Grex se vocavit Academiam et factus est turris eburnea philologorum, qui nihil fecerunt ad usum sermonis Latini «inter gentes» provehendum; ipsi in Academiae sessionibus Italice loqui malebant; tantum in conventibus internationalibus quarto quoque anno institutis acroases Latine conscribendae erant.

Romanelli, Academiae quoque praeses, etsi valde deceptus, eam tamen sustinere perrexit usque ad finem vitae anno 1981. Tunc plerique sodales voluerunt Academiam sui iuris fieri et proprium praesidem eligere. Quo facto, anno ut dixi 1989, Academia sedem servabat in Instituto, sed iam non sustinebatur; tunc Iulius Andreotti effecit ut subsidia publica acciperet.

Novi praesides hanc pecuniam profuderunt, dum singulis annis minuuntur subsidia, cum vix quicquam agerent. Praeses Bruno Luiselli anno 2003 nuntiavit, deficiente pecunia, instare Academiae decoctionem; suadebat ergo ut sodales finem facerent Academiae; ipse se praesidis munere abdicabat.

Vicepraeses Tuomo Pekkanen mandatum perfecit ut monet statutum, sed difficultates ei erant superandae. Imprimis Institutum reliquit et sedem transtulit in Pontificium Collegium Hispanicum in quo, opera Hispani sodalis Antonii Capellán, Academia accipiebatur.

Tuomo Pekkanen reliquam arcae pecuniam erogavit in itinera sodalibus ex longinquo advenientibus solvenda et instituendas pulcherrimas excursiones historico-archaeologicas; optimus fuit exitus. Pekkanen fuit magnus praeses, qui Academiam resuscitare valuit.

Cum Academiae sodalis bene meritus adscitus sum, praeses Pekkanen putabat hunc titulum mihi tantum honori fore, sed in prima allocutione iam monui mihi in animo esse operam dare ad Academiam provehendam; Academia enim est solum Institutum sine vinculo cum Civitate Vaticana eiusque propria Latinitate, quod necessariam praestantiam habeat ad Latinitatem vivam provehendam.

Pekkanen usui linguae Latinae favebat; eum in sessionibus imposuit, sed in statuto nusquam legebatur Academiae scopum esse usum publicum linguae Latinae provehere. Conscripsi ‘libellum’, quo dilucide monstrabatur Academiam nostram ad hunc finem esse conditam. Pekkanen eum comprobavit addiditque statuto, ut clausulam. Eius effectus patet in novissimo statuto anno 2012 apud tabellionem consignato, cum in articulo primo scriptum sit hoc: «Ei propositum est usum vivum linguae Latinae ubique terrarum omnibus modis fovere atque incumbere in omnia quae spectant ad cultum civilem Latinum. Sermo Academiae est Latinus.»

Anno 2005 nuntiatum est Collegium Hispanicum mox esse relinquendum; Academia sedem iam non erat habitura; quid faciendum esset de archivo et bibliotheca? Pekkanen, cum sciret me Romam autoraeda petere, petivit ut archivum domum reportarem. Infeliciter cum hoc facere incepti iuvante Nicolao de Mico incidimus in tantam farraginem commixtorum documentorum, ut eam totam reportare non possem; duas magnas cistas implevimus maioris momenti documentis, quae difficulter selegit Nicolaus; libros bibliothecae omnibus licuit gratuito auferre.

Archivi cistas in subtegalaneo meo conditas (ibi adhuc sunt) sine mora investigare coepi ac fortuito incidi in epistulam Marii Mazza, qua significabat Academiae statutum mutandum esse ut omne vestigium vinculi cum Academia tolleretur.

Hoc bene sciebat Pekkanen qui Institutum eo reliquerat quod Mazza pretium locationis quotannis augebat, ut Academia discedere cogereetur. Epistulam praesidis Mazza in memoriam praesidis Pekkanen revocavi, interrogans cur statutum nondum mutavisset. Nihil urgere mihi respondit.

De Academiae rationibus sodales nolebant ipsi curare, quare rem tradiderant Officinae Donatelli; qui vir quotannis compensationis crediti et debiti paginas sodalibus in sessione distribuebat et Italice commentabatur. Cum has paginas primum accepi, sciens arcam esse fere vacuum, mirabar quod tractarentur complura decena milia librarum; nemo tamen umquam dixit aut animadvertit rationes esse falsificatas.

In sessione anni 2006, annuis rationibus lectis, Antonius Capellán, quarto sodale bene merito nuper facto, dixit se nihil intellegere quamvis, susceptor aedificiorum, computorum expertus esset. Quae cum ita essent, praesidi suasi ut sodales rationes

curarent; Francisca rei assueta compensationes facile componeret et quidem gratuito, cum honorarium Officinae Donatelli non esset parvum. Praeses mihi mandavit ut una cum Antonio Capellán rem ad effectum ducerem.

Capellán sedem interretialem Academiae obtulit, sed tam male ex America gerebatur, ut nuntios afferret...anni praeteriti. Praesidi suasi ut altera sedes, Academiae propior, crearetur; hoc Franciscam facere posse, eam enim Melissae sedem iam creavisse. Diu obstante Antonio Capellán tandem factum est.

Cooperam archivi documenta ordine chronologico disponere; lectis textibus Latinis pluribusque Italicis, totam rem Latine conscripsi et anno 2014 divulgavi crasso libro; qui solus est accessus ad Academiae archivum, quod infeliciter sodales flocci facere videntur, cum perpauci librum legerint.

Anno 2010 suffragia habebantur. Pekkanen nolebat iterum esse candidatus; Curtius Smolak, professor Vindobonensis, electus est et quattuor consilarii, inter quos Theodericus Sacré, professor Lovaniensis, egoque.

Putavi tempus idoneum advenisse ad mutandum statutum; Smolak, qui tam diu Latinitati vivae favebat, mihi licentiam dedit propositum parandi. Hoc feci una cum professore Andrea Fritsch, quem Berolini conveni; singuli articuli diligenter examinati sunt et ad novas Academiae condiciones aptati.

Anno 2013, Curtio Smolak praeside, Francisca Licoppe-Deraedt adscita est sodalis bene merita, suadente Theoderico Sacré.

Occasione statuti propter aliquam novam legem iterum mutandi, suasi praesidi Theoderico Sacré ut sodales bene meriti Latine docti et operam pro Academia navantes fierent ordinarii, sed hoc praeses non accepit. Dolendum, cum philologis saepe desit audacia aliquid suscipiendi.

Aliud consilium mihi maxime cordi erat; conabar enim suadere ut Academia lexicon neologismorum conficeret; hoc iam ab initio Motus Latinitatis vivae instanter petatum erat, sed, deficientibus subsidiis, numquam erat factum.

Lingua Latina, ut nostris temporibus adhiberi possit, apta esse debet ad omnia tractanda, neque hoc fieri potest nisi lexico neologismorum classicis lexicis addito.

Theoderico Sacré in Romana sessione anni 2018 mihi facultatem dedit acroasin «De novo lexico condendo» faciendi. Suasi ut Academiae sodales rem susciperent; hoc nunc facilius fieri modo informatico; complura minora lexica iam elaborata imprimis commiscenda esse et deinde complenda. Lexicon enim in interreti creatum omnibus facile accessibile est, sine sumptu et decursu temporis augeri potest, ut nostris temporibus poscit frequentia novorum inventorum.

Deinde de consilio meo disputatum est; sodalium altera pars ei favebat, altera non. Faventes negantes superabant. Ad mensam sedebam iuxta praesidem, manifesto sollicitum ne tantum opus esset Academiae suscipiendum. Tunc surrexit Nicolaus Gross, sodalis nuper adscitus, iam complures annos incumbere in elaborandum hexaglottum lexicon, id intra paucos annos perfici posse. Tum exoneratus praeses dixit iam non necessarium esse Academiam rem suscipere; faceret, perficeret opus suum Nicolaus, Academiae auspiciis; sic decretum est. Septem sodales designati sunt qui adjuvarent ad opus celerius perficiendum; saltem Victorius Ciarrocchi

translationes Italicas emendavit, ego Francogallicas, ac de neologismis eligendis longum commercium epistulare Nicolaus egoque habuimus quamvis ipse de operis editione valde dubitarem... ac re vera nihil adhuc nuntiatur de hac re.

Deceptus, factus sum tranquillus sodalis.

Periodicum Latinum *Melissa*, quod ante quadraginta annos condidi, Franciscae cura factum est exemplum rectae Latinitatis; in eo symbolas divulgo de diversis argumentis sermone facile intellegibili scriptas, ut ad legendum et, quidni, ad scribendum incitentur linguae Latinae amatores plerumque non maxime eruditi; optimus est effectus, cum frequentes gratulationes accipiam. Sed infeliciter plerique Academiae sodales *Melissam* ignorant.

Maxime autem laudandi sunt multi sodales, qui sua sponte varias res constituerunt ad Latinitatem vivam provehendam, ut magnificos conventus, seminaria, radiophoniam Latinam, varios iucundosque Ludos Latinos, opera theatra, in America seminaria necnon magisterium totum Latinum, circulos Latine loquendi, lexica hic illic edita, certamina theatra litterariae, librorum editiones, sedes interretiales, vivam institutionem scholarem, alia multa.

Non defuerunt Latinitatis vivae fautores qui eam privatim illustrarent, sed raro Academia iuvante. Plura dicam: cum Ludorum Latinorum creator Valahfridus Stroh, qui artem suam iam bene demonstraverat, suasit, ut una secum Academia Horatium celebraret ante duo millennia vita functum, Academia negavit atque aliquid instituit, quod solos philologos allicere posset.

Mox de scaena mundi decedam et *Melissa* mecum; petente olim praeside Tuomone Pekkanen, *Melissa* divulgatur «auspiciis Academiae Latinitati Fovendae»; optandum est ut Academia eam divulgare pergat...sed quis hoc suscipere valet?

Ex viginti annis Academia sedem non iam habet, praeter fictam in Instituto Romano Finlandiae et deinde in Academia Belgica. Sine sede, vix quicquam suscipere potest; sunt tamen Maecenates, quorum unus Academiae favens sedem fortasse praebere poterit; hoc plus semel iam obtinuit Aloisius Miraglia pro Vivario Novo.

Nil volentibus arduum; spes ergo numquam est deponenda.

Dixi.

SPEM NUMQUAM ESSE DEPONENDAM



CARE NESTOR NOLI INDIGNARI

»*Sat celeriter fit quidquid fit satis bene*« AVGUSTUS ap.Suet. Aug.25.

Care Gai,

relationem tuam prolixam et abundantiam doctissimam insignem, quam habuisti de historia Academiae Latinitati Fovendae deque rebus quas expertus es sodalis eiusdem interim Nestor grandaevus atque peritissimus, maximam partem summam cum voluptate perlustrans statim animum induxi ut publicarem in proximam *Epistulam Leoninam*; nam optimam quadrat ad mirabilem symbolam a *Patre Caeleste* in memoriam *Iosephi Xylandri* de Latinitate vivam meritissimi scriptam, quam olim in *Palaestra Latina* divulgatam interim iam pridem oblivione obrutam denuo in lucem edere velim.

Haud minus quam tibi placet etiam mihi historiam Latinitatis vivae indagare et merita methodosque priorum defensorum sermonis Latini activi ad obrussam exigere, ut discamus ex praecessorum dictis factisque. In relatione tua, quam nobis Academiae sodalibus misisti, delectabiliter narras, medicus radiologus a philologia longe remotus, sed studiis privatis doctus et commendatus titulo *sodalis bene meriti* in Academiam cooptatus, quantum cum prudentiam atque perseverantiam, *Thomam Pekkanen* adiuvante id assecutus sis, ne - quod antea iterum iterumque factum erat - leviter tantum annuntiaretur, numquam ad effectum adduceretur, sed ut lege Academiae statutam sanciretur usus sermonis Latini vivus atque activus quam observantissimam fovendus.

Propter hoc meritum aliaque permulta, inter quae bene meminisse itinera tua innumera Latinitatis vivae causa facta et *Domum Latinam* a te feliciter conditam necnon *Melissam* in lucem editam, te summis laudibus dignissimum esse omnes rei periti inter se procul dubio consentiunt.

At relationem tuam perlustrans obstupefactus, ne dicam consternatus sum, cum legendo advenirem illam partem paenultimam, ubi dicis de *Lexico* sub auspiciis Academiae condendo. Hac enim in parte quadam cum *amaritudine* loqueris, quae mihi *iniusta* esse videtur. Dicis enim te "*deceptum*" remansisse "*tranquillum*".

Care sodalis, tu et ego nos invicem iam novimus ex 40 ferme annis; nos ambo sumus discipuli eiusdem magistri, id est *Patris Caelestis Eichenseer*, a quo didicimus vivum usum sermonis Latini necnon rationes nova verba Latina confingendi. Nullo modo unquam merita tua ad Latinitatem vivam spectantia obliviscor; haud ignoro te ipsum Lexicon fecisse, quod appellas *Calepinum novum*.

Libentissimam recordor commercium epistularum, quod ante tres ferme annos habuimus de vocabulis *Orbis Picti Hexaglotti*. Omnia quae mihi suasisti de verbis eligendis et

confringendis, grato animo accepi et respexi in lexico componendo, semper indicans et indicaturus omnes fontes locosque testes *Licoppianos*, nullum verbum a *Gaio* inventum meis inventis attribuens. Nam licet aliquis me dicat *raram avem in terris*, ut ait *Iuvenalis*, sed nequaquam sum avis generis *pavonini*, quales aves semper semperque cupiant pennarum sui pulchritudinem ostentare; neque soleo me *ornare pennis alienis* aut *alterius vitulo arare*. Ceterum omnes epistulas quas inter nos de vocabulis lexici mei inter nos misimus, etiam misi *Theoderico* et *Christiano* et *Victorio* et *Andreae*, unde apparet me numquam voluisse fontes lexici mei obscurare. In *Orbis Picti* tomo altero summam operam do, ut neologismis allatis quam sincerissimè atque fidelissimè addam (quantum eadem nôvi) semper nomen fontis sive auctoris eiusque operis.

Causae *Orbis Picti Hexaglotti* perfectionis retardatae sunt duae:

Primo opus componens (*Christiano Praeside* annuente) eo amplificavi, quod id quod in initio volueram habere *unum* tantummodo volumen, decernerem ut fieret *tripertitum*. Cognovi enim consentaneum esse, ut *Orbis Pictus* habeat tria volumina quae sequuntur:

Volumen primum: PICTURAE & NOMINA

Volumen secundum; GLOSSAE: interpretamentum, fontes & loci testes, etyma.

Volumen tertium: LEXICON vernaculo-Latinum.

Altera causa, quâ *Orbis Pictus* meus contra aestimationem priorem nondum est perfectus, est laetabilis affluentia novorum fontium, ex quibus mihi affluerunt non pauca vocabula nova atque utilia. Unus fons enim est *Lexicon visuale Roberti Maier*, alter est *Index Scatebrani*, longum repertorium neologismorum a *Professore Alexio Solopow*, i.e. Scatebrano Moscuensi confectum. Uterque fons mihi dignissimus visus est, qui a me in *Orbe Picto* componendo respiceretur. Ceterum cum *Robertus Maier* nullum umquam testimonium neologismorum a se propositorum afferat, *Scatebranus* semper diligentissimè indicat fontes suos largissimè scaturientes. Qui philologus Rutenus est - ut *M.T. Cicero* de se ipse dicit - φιλέλλην; itaque permultos neologismos, praesertim nomina technica, mutuatur e sermone graeco vel neograeco, interdum etiam eas res modernas, quas Latinitatis vivae defensores iam pridem appellaverunt nominibus merè Latinis, denominat nominibus graecanicis, e.g. *birotam* appellat *mechanobium*, machinam lavatoriam *plynter*, transistorium *crystallolychnia*. Bene recorder, care Gai, te in colloquiis nostris epistularibus de lexico factis saepius reprobasse neologismos graecos, quorum vis originalis tibi aut nimis remota aut parum nôta videbatur; e contrario *Scatebranus* mihi videtur interdum in verbis graecanicis novandis modum excedere. Fortasse illud proverbium mediaevale, quo *in medio*, i.e. *inter nimium et parum*, dicitur *stare virtus*, aliquatenus etiam spectat ad verba Latina e graeco sermone confringenda.

His de causis retardatur *Orbis Picti Hexaglotti* perfectio; sed equidem minimè spe deceptus sum hac lexici retardatione, immo gaudeo novis rebus cognitis opus meum

fieri *uberius atque doctius. Dies diem docet.* Quidam vir unus ex *Thesaurus Linguae Latinae* conditoribus dicitur dixisse: ‘*Omne opus educat se ipsum oriundo*’. At ne credas his de causis *Orbem Pictum Hexaglottum* non perfectum iri nisi *Kalendis Graecis*. Crede mihi me, qui ipse iam pridem limen senectutis accessi, summam operam dare, ut hoc opus omnium meorum usque nunc maximum, cuius causâ tantum iam sudoris effudi, perficiatur quam maturrimê. De singulis gradibus lexicum perficiendi, si volueris, libentissimê ita te certiolem faciam ut iam feci per plures annos.

Quod attinet ad lexicon illud, quod condendum ipse *Academiae* commendaveras, non video, quid obstat, quin faciamus id quod *Sanctus Augustinus* dicit *hoc facere et illud non omittere*. Nam propositum tuum *Indicis* aut – ut ita dicam – *Collectaculi Vocabulorum Interretialis* condendi procul dubio utilissimum *Orbe* meo *Picto* elaborando minimê impediatur, immo fovebitur. Certê sine nimis magnis sumptibus inveniri poterit aliquis, qui systema interretiale lexicographicum praeparet ad usum nostrum, ut Academici viâ interretiali omnes amicos Latinitatis recentioris de cimeliis Latinissimis repertis aut feliciter novatis faciant certiores. Exemplo sint tales sitûs interretiales quales sunt:

LEXILOGOS <https://www.lexilogos.com/> LEXILOGOS mots et merveilles d’ici et d’ailleurs
 Johann Ramming, *Neulateinische Wortliste* – Ein Wörterbuch des Lateinischen von Petrarca bis 1700.
<http://nlw.renaessancestudier.org/> Sed verba colligere est tantummodo primus gradus lexicum componendi.

Itaque omnino non video, quare tu credas te in rebus lexicographicis in illâ sessione *Academiae* annuâ tractatis ullo modo “*deceptum*” esse – utinam absit omnis *deceptio*, omnis *fraus* sive *fraudatio* sive *incopriatio* sive *deruncinatio* sive similis actio parum pura parumque honesta ab Academia sodalium honorabilium, qui studia humaniora amplexi sunt.

Fortasse voluisti dicere te esse non a me aut ab alio nostrum *deceptum*, sed *s p e deceptum*, quia lexicum mei perfectio diutius duraret quam ipse aestimaveram. Minimê infiteor me spatium operis mei perficiendi nimis parvi aestimavisse. Hoc haud raro fit cum in aliis operibus scribendis, tum saepissimê in lexicis tam copiosis componendis.

Pace tuâ hanc responsionem ad tuam adnotationem criticam quadam cum *amaritudine* prolatam concludam verbis *Octaviani Augusti*, qui non solum dixisse fertur *Festina lentê* sed etiam haec verba quae sequuntur:

»*Sat celeriter fit quidquid fit satis bene*« AVGUSTUS ap.Suet. Aug.25.

Ergo tu, *Gai carissime, Nestor Academiae Latinitati Fovendae honoratissime, nullo modo deceptus es*. Et omnes amici Latinitatis vivae vehementer gaudent te stupendo vigore iuvenili praeditum nequaquam *tranquillum* esse – ut modo manifestatum est longâ tuâ symbolâ in Epistulâ Leoninâ divulgatâ... NICOLAUS LEO LATINUS.

MARCUS CRISTINI: Certamen Quirinale II



Academia Latinitati Fovendae ad alterum Certamen Quirinale omnes antiquitatis litterarumque studiosos invitat, ut optima symbola inter a. 2019 et a. 2024 Latine publici iuris in commentariis periodicis facta praemio honestetur.

Ab universis scriptorum auctoribus rogatur, ut symbolam (iam typis traditam) non ex alio sermone versam nec quinque paginis brevioram iudicibus ante Kalendas Februarias a. 2025 mittant ad inscriptionem cursualem electronicam, quae est certamen.quirinale@gmail.com. Symbolae tantum accipientur, quae e plagula .pdf constant. Unam symbolam existimandam omnis candidatus tradat.

Collegium sodalium Academiae attente considerabit ac iudicabit commentationes doctas (e.g. philologas, litterarias, philosophicas, theologicas, archaeologicas, historicas, glottologicas vel musicologicas), aestimata et stili Latinitate et argumenti gravitate. Symbola enim enixe exquiruntur non solum Latino sermone emendato scripta, sed etiam de rebus quae maioris sint momenti ad progressum disciplinae cuiusvis provehendum. Qua de causa scriptionibus tantum in commentariis periodicis editis in certamen venire licet et textus omnes reicientur sive qui his normis non responderint, sive qui ad argumenta privata vel pensa scholastica pertinere videbuntur sive qui ante Kalendas Ianuarias a. 2025 nondum publici iuris facti sint. Cum praemium proponatur curante et auspice Academia

Latinitati Fovendae, cuius socii munere iudicis fungentur, nullus sodalis Academiae praemium accipere poterit.

Praemium victoris erunt Euronummi 500 una cum diplomate. Omnes candidati de exitu certaminis fient certiores mense Maio anni 2025 et victor in conventu ALF eiusdem anni praemio honestabitur.

Commentarii periodici, qui symbolas Latino sermone scriptas accipiunt, sunt e.g. *Aevum*, *Arctos*, *Aristeas*, *Eos: commentarii Societatis Philologiae Polonorum*, *Epistula Leonina*, *Eranos*, *Exemplaria Classica*, *Giornale Italiano di Filologia*, *Gnomon*, *Hermes*, *Hyperboreus*, *Latinitas*, *Latomus*, *Melissa*, *Museum Helveticum*, *Peitho: examina antiqua*, *Philologia Classica*, *Renascens*, *Rheinisches Museum für Philologie*, *Rhetorica*, *Symbolae Philologorum Posnanensium*, *Tyche*, *Vox Latina*.

MARCUS CRISTINI LECTORIBUS EPISTULAE LEONINAE S.P.D.
De conspectu poetarum Latinorum nostri saeculi componendo

Marcus Cristini lectoribus *Epistulae Leoninae* s.p.d.

Certiores vos facere velim, domini dominaeque maxime honorabiles, de incepto quod ante annum adgressus sum quodque mensibus proximis futuris ad finem ducere velim. Statui enim carmina Latina recentissima (ab anno 2000 usque ad diem hodiernum edita) colligere et conspectum poetarum Latinorum saeculi vicesimi primi componere, ut conspectum illum de poetis Latinis saeculi vicesimi a Iosepho IJsewijn olim conscriptum et dein a Theoderico Sacré auctum - quantum possum - ad diem hodiernum perducerem. Hoc modo lectores futuri Latinae poesis cupidi titulos carminum et ubi typis traditi sint statim cognoscent.

Iam laudavi poemata omnia, quae leguntur in commentariis periodicis Latinis hodiernis (et adhuc exstantibus et vita functis) maioris momenti, qui sunt *Epistula Leonina*, *Latinitas*, *Melissa*, *Renascens*, *Rumor Varius*, *Vates* et *Vox Latina*. Nonnullos quoque libros poetarum Latinorum recentiorum legi diligenterque recensui. Timeo autem ne carmina haud pauca in actis diurnis, commentariis periodicis vernaculis, ephemeridibus universitatum studiorum vel miscellaneis ad doctum quendam celebrandum (vulgo *Festschriften*) edita me effugerint. Qua de causa vos oro, candidi lectores, ut mihi scribatis (sermone Latino, Germanico, Anglico, Italico, Francogallico vel Hispanico), si quis vestrum versus Latinos quavis ratione panctos ab anno 2000 usque ad diem hodiernum publici iuris fecerit. Inscriptio mea electronica est marco.cristini92@gmail.com, cursualis vero Marco Cristini, via XXV Aprile 6, 25121 Brescia, Italia.

Ceterum vos auxilio arcessere velim, si mihi indulgetis, in opusculis nonnullis inveniendis.

- ***Pro Lingua Latina Zeitschrift***: fasciculos omnes ab a. 2000 usque ad a. 2023 legere velim, sed ii nusquam in Italia inveniuntur. Iam interrogavi commentariorum moderatores, qui mihi pro dolor subsidio venire recusaverunt.
- Laura D'Arpe: ***Iris (Ametrica carmina II)***, Copertino. Lupo Editore 2014.
- Commentarii periodici Dacoromani q.t. ***Timpul*** (Iași), qui carmina continent a Livio Franga Dacoromano scripta (fasciculos, qui mihi opus sunt, libenter indicabo).

Habetisne, quaeso, apud vos hos libellos? Cognoscitisne aliquem, qui haec habeat? Potestne fieri, ut mihi photographemata paginarum selectarum (.jpeg, etiam sophophono facta), imagines ope scansionis exscriptas (.pdf), exempla phototypica vel exemplaria ipsa (praesertim quod ad *Pro Lingua Latina Zeitschrift* attinet) mittatis? Si mavultis libellos mihi cursu publico mittere, ipse carmina exscribam et dein nulla interposita mora exemplaria vobis remittam. Sumptus cursuales vel/et impensas ad libellos ope lucis exscribendos libenter solvam et in conspectu gratias agam iis omnibus, qui mihi subsidio fuerint.

Curate, ut optime valeatis.

INDEX PERIODICORUM LATINORUM

QUEM SUADENTE CHRISTIANO LAES PROPONIT CAROLUS LYVENS

De novo conventu (propositus a Carolo Lyvens, suadente Christiano Laes)

Prima mentio Rei publicae litterariae in scriptis apparet saeculo XV ineunte, anno 1417. Quae notio et metaphora habet vim maximam: docti cuncti – et vivi, et mortui – fingebantur esse cives cuiusdam rei publicae incorporeae et universalis. Vivi inter se litterarum commercio coniunguntur, mortui cum vivis ope litterarum quarum haeredes vivi sunt, et hi omnes cives litteras (pleno quidem sensu huius vocabuli: epistulas, libros, artes) colunt. Post typographiam mediante saeculo XV inventam, quae hunc sensum universalitatis vehementiorem reddidit, libros edere et sic cives huius Rei publicae fieri iam longe facilius fuit. Nihilominus commercium litterarum munere telae cuiusdam hanc societatem coniungentis fungebatur: epistulis datis amicitiae contrahebantur, eadem circummitembantur et sic publici iuris fiebant.

Ut haec farrago litterarum circummittendarum ordinatior atque ad nova inventa erudita communicanda efficacior fieret, mediante saeculo XVII apparuerunt prima periodica docta, quae conspectum nuntiorum Rei publicae litterariae referre nitebantur. Ea quidem multis linguis edebantur – Anglice, Italice, Gallica – sed etiam Latine. Sic ergo, verbi causā, Acta Eruditorum Lipsiae anno 1682 condita, usque ad annum 1782 Latine edebantur.

Non solum periodica docta Latine edebantur, sed etiam ephemerides ad nuntios de statu rerum communium populo referendos interdum hāc linguā evulgabantur. Hac in re praecipue polluit Hungaria: Mercurius Hungaricus, sive Mercurius Veridicus ex Hungaria Latine editus prima ephemeris in regno illo edita exstitit, quae edebatur ab anno 1705 usque ad 1710. Illic complures tales ephemerides Latinae edebantur fere usque ad medium saeculum XIX – e.g., Ephemerides statistico-politicae in urbe Posonio (in Bratislava metropoli Slovaciae hodiernae) usque ad annum 1838 edebantur. Haec periodica, ut videtur, maxime in propriis urbibus legebantur.

Fuerunt etiam nonnulla periodica litteraria litteris Latinis colendis destinata. Lutetia Parisiorum nonnulla talia fovit, ubi annis 1816-1819 edebatur Hermes Romanus, postea vero Apis Romana (annis 1822-1823; 1852-1854; 1866-1867). Maxima pars paginarum dicata est versibus Latinis illis temporibus conditis evulgandis.

Saeculo XIX exeunte magnā ex parte novum genus periodicorum exortum est: periodica quae Latine edebantur linguae Latinae colendae gratiā. Spatio paucorum annorum complura exorta sunt: Alaudae (1889-1895; Aquilae Aprutiorum), Phoenix (1890-1892; Londini), Praeco Latinus (1894-1902; Philadelphiae), Vox Urbis (1898-1913; Romae), Civis Romanus (1901-1917; Limbach in Saxonia, ab anno 1903 Bremiportu); fuerunt plura, ut Rosa Melitensis (1908-1910). Maxima est varietas finium ab editoribus scriptoribusque illorum periodicorum praestitutorum: volebant enim colere consuetudinem Latine scribendi, volebant reformare rationes docendi, novare linguam ad usum hodiernum, illam iterum reddere universalem. Et, quod est maximum, omnes volebant coniungere homines Latinitati redivivae faventes; sic

enata est communitas Latinitatis Vivae, quae periodicis Latine editis coniungebatur. Saepe eidem homines, certe Latinitatis studiosissimi, scribebant in compluribus periodicis, sic etiam amicitias comparabant. Omnia haec periodica fines nationum transgrediebantur, in plurimis terris legebantur et inde scriptores sibi inveniebant.

Tempore interbellano ortae sunt complures societates Latinae linguae favendae, et illae quoque edebant periodica Latina. Sic exorta sunt talia periodica ut Societas Latina (1933-1950; Monaci) et Lygia (1938-1939; Varsoviae). Romae edebatur Alma Roma (1914-1942), quae Vocem Urbis continuavit Latinitate elimatissimā. Iuventus Budapestina (1910-1919; 1926-1944) et Palaestra Latina Cervariensis (1928-1936, 1939-1975; usque ad Iun. 1930 Candidatus Latinus vocabatur) ad iuventutem Latine instituendam spectabant.

Anno 1956, paucis annis post Bellum alterum universale, motus linguae Latinae refocillandae qui antea inter plures gentes atque societates dispersus tantummodo „Neo-Latinus“ vocabatur, sollemniter inauguratus est in conventu Avennionensi sicuti motus Latinitatis Viventis sive Vivae. Iam exstabat Latinitas (annis 1953-2013 tota Latina; ab anno 2014 non iam tota), periodicum Romanum sive potius Vaticanum (a Curiā Romanā editum), Almae Romae haeres. Post conventum illum nata est Vita Latina Avennionensis (1957-), quae per nonnulla decennia cardo exstitit motus Latinitatis Vivae, ubi scribebant complures participes eius. Has partes supplevit Vox Latina Saravipontana (1965-; ante annum 1975 Monaci edebatur) et Melissa Bruxellensis (1984-). Fuerunt tamen etiam periodica paulo minora et hodie minus nota, ut Aventinum (1972-197?), Rumor Varius (1981-2006), Hermes Americanus (1983-1990), cetera haud pauca. In his periodicis editae sunt innumerae epistulae Latinae, quae possunt nobis conspectum praebere redivivae illius Rei publicae litterariae Latinae investigandae.

Ut verbo rei magnitudo constringatur, corpus litterarium periodicorum, quae ad motum Latinitatis Vivae saeculo XIX exeunte nati adnumerari possunt, facile excedit centum millia paginarum et insunt plurima scripta Latina omnis generis – nuntii, fabulae, carmina, dissertationes, epistulae, disputationes – a catervā auctorum tam doctorum quam etiam saepe fere incognitorum exarata. Est Atlantis quaedam oblivione submersa et studiis dignissima.

Tandem distinguere licet certam partem historiae rerum gestarum recentissimae. Ultimo decennio saeculi superioris tela totius terrae sive rete omnium gentium sive breviter interrete invalescere coepit. Latinitas, spe atque novitate mota, illam fere statim invasit: variae paginae interretiales strui coeptae sunt et iam anno 1996 conditus est (et adhuc valet) Grex Latine Loquentium, forum cursu electronico nitens (Anglice mailing-list), cui initio magna pars Latinitatis Vivae fautorum interesse solebat. Neque abfuit consilium nova periodica Latina condendi: mox exortum periodicum retiale Retiarius Kentuckiensis (1998-2001). Sed consistam in ipso limine. Quid dicam de saeculo XXI Latino telari, (inter)retiali, digitali, virtuali? De inceptis magnis, parvis, claris, obscuris, convolutis, anonymis, iam saepe oblivione demersis? Scripta chartacea servata enumerari et describi, auctores distinguere possunt, cum vero agitur de phaenomenis virtualibus, neque est modus, neque fines sunt certi.

Certum tamen est hunc orbem virtualement in praesens constituere fortasse maximam partem Rei publicae litterariae Latinae cives vivos coniungentem. Saeculo XV illa sustentabatur epistularum commercio ac editione, nunc vero virtus vocis et effigiei et litterarum ad hominem transmittitur et instar simulacri coram repraesentatur. Res praeclara, sed labilis et incerta. Quanta pars servatur? Possuntne omnia Latine scripta, dicta, gesta quae sunt in interreti divulgata in bibliographiam certā ratione digestam cogi? Chartacea fortasse possunt. Quare ab illis incipiendum.



Schola Aestiva Latinitatis Vivae Posnaniensis (a sinistris Carolus Lyvens)

Ergo nonnulla argumenta et multae quaestiones investigatu dignae distingui possunt.

1. Commercialia epistularia in Re publica litterariā.
2. Periodica docta Latine edita. Quam multa fuerunt? Quid continebant? Ubi divulgabantur, a quibus? Potueruntne haec periodica supponere commercialia epistularia?
3. Ephemerides Latinae nuntios referentes. Quae fuerunt? Ubi edebantur? Qui edebant? Quam late legebantur? Quidnam superest? Quidnam nobis de societate singularum rerum publicarum editio ephemeridum Latinarum indicat?
4. Periodica litteraria ad litteras Latinas colendas, quae magna ex parte Latine edebantur.
5. Periodica Latina viva. Quid de finibus propositis? De consiliis? Quid scribebatur? Qui fuerunt scriptores? Quales vitae eorum? Quid de commerciis inter illos? Suntne coniuncti in societates quasdam? Multa disci possunt ex commerciis epistularum in periodicis publicatis. Quid de Latinitate adhibita? De genere eius, de vocabulis?

Quam bona fuerunt, v.g., carmina edita? Quid possumus dicere de societate humanā illius temporis, de commercio illius cum Latinitate et cultu antiquorum? Quales fines Latinitatis proponebant? Quomodo linguam docere volebant?

6. Interrete. Quae fuerunt initia? Quae spes in hoc technologemate ponebantur? Quomodo Latinitati prodesse videbatur? Quomodo historia scribenda?

***De Indice Periodicorum Latinorum
condendo
suadente Christiano Laes
scripsit
Carolus Lyvens***

THALIA LATINA LITUANENSIS

<https://www.scholahumanistica.com/la/thalia-2024/>

Thalia 2024

Ludi scaenici omnium gentium

THALIA



LVDI SECVNDI

METAMORPHOSES

In aedibus Universitatis Vilnensis, a die 4 ad diem 11 m. Augusti a. 2024

Lituania, terra carminum veterumque fabularum plena... Opera ac benevolentia deorum dixerim fieri, sicui contingat litterarum disciplinam in eiusmodi urbe percipere, qualis est Vilna, loco mirabili hercle et inusitato, in quo artes Italicae genusque struendi baroccum videntur in hyperboreorum silvas translata, ubi antiquarum rerum memoria ex unoquoque lapide spirat.

Cz. Milosz

Thalia (Theatri Artisque Ludicrae Iuges Agones) **conventus** est ad quem convocantur homines docti studiosique rerum theatralium litterarumque Latinarum. In hoc conventu **et fabulae scaenicae** agentur **et scholae** explicabuntur. Prima enim Thalia optimo eventu summoque omnium gentium concursu celebrata, nobis visum est hos ludos rursus edere Vilnae, in urbe splendidissima, opere barocco atque antiquo artificio aedificata, inde a media aetate communis diversarum nationum sedes ac plurimum quasi religionum sermonumque receptaculum. Omnia spectacula et scholae Thaliae 2024 habebuntur in aedibus Universitatis Studiorum Vilnensis, quae a saeculo XVI una ex praestantissimis rerum litterarum sedibus totius Rei Publicae Utriusque Nationi exstitit.

Animum attende, sodalis, sive spectator ad nos venies, sive magister, sive histrio aut pantomimus: Thalia in duas partes dividitur, quarum altera *Certamen*, altera *Scholae* nominatur.

Scholas appellamus **acroaseon auditionumque seriem** in qua de antiquitatibus Graecis et Romanis disputabitur, necnon de arte ludicra, de comoediis tragoediisque quae Media Aetate et Tempore Artium Renascentium Latine exaratae sunt. Acroases Latine et Graece recitabuntur cum ab ipsis Scholae Humanisticae moderatoribus, tum etiam ab aliis egregiis magistris et philologis, in quibus numerantur nonnulli ex clarissimis litteratis qui antiquitatum rerumque Latinarum disciplinam in Europa profitentur. Praeterea per eos dies visemus ornatissimum urbis Vilnae sinum, necnon museum Athenaei Vilnensis et arcem Tracensem. *Certamen* autem appellamus agonem scaenicum in quo Corona Aurea petitur: haec autem eis dabitur, qui praestantissimam fabulam Latinam vel Graecam docuisse videbuntur.

Programma

Quando	Attività
Die Solis 4 m. Aug. 2024	Adventus participum in deversoria (9:30-10:00) Receptio participum (10:00-11:00) Orationes aditiales
Die Lunae 5 m. Aug. 2024:	(11:30-13:00) Schola aditialis (15:30-18-30) Lustratio urbis (9:30.11:00) Schola (11:30-13:00) Schola
die Martis 6 m. Aug. 2024	(15:30-17:30) Lustratio Musei Athenaei Vilnensis (18:00-20) Spectaculum Graecum (9:30.11:00) Schola
Die Mercurii 7 m. Aug. 2024	(11:30-13-00) Schola (15:30-20:00) Lustratio Arcis Tracensis (9:30.11:00) Schola (11:30-13-00) Schola
Die Iovis 8 m. Aug. 2024	(15:00-16:30) Schola (18:00-20:00) Spectacula Latina (9:30.11:00) Schola (11:30-13:00) Schola
Die Veneris 9 m. Aug. 2024	(15:00-16:30) Schola (18:00-20:00) Spectacula Latina
die Saturni 10 m. Aug. 2024	(9:30.11:00) Schola (11:30-13:00) Schola

(16:00) Praemiorum collatio

(17:00) Conventus symphonicorum

(18:00) Promulsis

Die Solis 11 m. Aug. 2024

Profectio participum



Universitas Studiorum Vlnensis



Arx Tracensis



**Universitatis Vilnensis
Theatrum**



Via Arcis

Auditores

Discipuli, magistri, omnes qui sive studiorum sive animi causa locos exquisitiores litterarum Latinarum legere atque in notitia sermonis Latini proficere cupiunt.

Ubi

Vilnae, in aedibus Universitatis Studiorum (Universiteto gatvė 3)

Lingua

Latina

Quibus condicionibus

Ut scholis Latinis intersis, oportet eatenus linguam Latinam noscas, ut scholas ea lingua recitata aliqua saltem ex parte intellegere possis.

Testimonium

Peractis scholis, si id postualveris, testimonium accipies.

Pretium

230 € solventibus intra diem 15 m. Iunii, 290 € idem facientibus post eam diem. Haec summa complectitur et minervalia et pretia itinerum lustrationumque.

Libelli, pittacia et similia

Quaecumque ad scholas necessaria erunt, a nobis ipsis praebebuntur.

Deversoria

Ex participibus postulamus ut ipsi suae pernoctationi prospiciant, ad quam rem [hunc deversoriorum indicem](#) hoc deversoriorum indicem proponimus.

Materiali per i gruppi in gara

De ambulationibus Augustanis

Anno 2024 Augustae Vindelicum (Augsburg) hae ambulationes publicae fient. Qui adesse cupit, accedat. Veni! Nomen antea dare non est necesse.

Qui plura scire cupit, ibi discet:

bellus delphin

Maximilian Schön

filo fixo: 0821 / 9069613

gestabili: 0173 5874852

maximilianus-schoen@t-online.de

maximilianus-schoen.jimdosite.com

die Solis, 28. die mensis Aprilis:

Aquae et muri (lingua Germanica)

Ante Portam Rubram (Rotes Tor)

hora prima postmeridiana (13.00)

conveniemus.

die Solis, 5. die mensis Mai:

Lingua Latina simplicata (Latine)

Ante curiam (Rathaus)

hora prima postmeridiana (13.00)

conveniemus.

die Solis, die 9. mensis Iunii:

Aquae et muri (Latine)

Ante Portam Rubram (Rotes Tor)

hora prima postmeridiana (13.00)

conveniemus.

die Veneris, 22. die mensis Iunii:

Redite mecum in praeterita mea!

De elogiis monumentorum,

quae in peristylio Annaeano sunt

(lingua Germanica)

Vesperis ad sanctae Annae templum

euangelicum (St. Anna) conveniemus.

Im Rahmen der Langen Nacht

der Kunst.

die Solis, die 21. mensis Iulii:

Lingua Latina simplicata (Latine)

Ante curiam (Rathaus)

hora prima postmeridiana (13.00)
conveniemus.

die Solis, die 15. mensis Septembris
Aquae et muri (lingua Germanica)
Ante Portam Rubram (Rotes Tor)
hora prima postmeridiana (13.00)
conveniemus.

die Solis, die 22. mensis Septembris 13 Uhr
Aquae et muri (Latine)
Ante Portam Rubram (Rotes Tor)
hora prima postmeridiana (13.00)
conveniemus.



Näheres unter
0821 / 9069613

oder unter
<https://maximilianus-schoen.jimdosite.com/>

Stadtführungen in Augsburg (Augusta Vindelicum)



öffentliche Führungen Sommer 2024 (ohne vorherige Anmeldung)

Sonntag, 9. Juni 13 Uhr
Aqua et muri (Latine)
Start vor dem Roten Tor

Samstag, 22. Juni
20.15 Uhr und 21.30 Uhr
Kommt mit mir in meine Zeit!
Die Epitaphien im Kreuzgang
von Sankt Anna (Deutsch).
Sankt Anna-Kirche
Im Rahmen der Langen Nacht der Kunst

Sonntag, 21. Juli 13 Uhr
Lingua Latina simplicata (Latine)
Start vor dem Rathaus

Klassenführungen oder Fachschaftsführungen nach Absprache.

Näheres unter

Festnetz 0821 / 9069613

mobil 0173 5874852

maximilianus-schoen@t-online.de


<https://maximilianus-schoen.jimdosite.com/>



IN MEMORIAM JOSEPHI HOLZERI

MAGISTRI LINGVAE LATINAE PAEDAGOGIQUE VERE MAGNI

Palaestra Latina 194, a.1966, fasc.II, m.Iun. p.48-68. Scripsit P. Caelestis Eichenseer



XYLANDER

i.e. Joseph Holzer
1908 – 1965

VIR PIETATE IN DEVM CONSPICVVS FORTIS IN BELLO MILES
LIBERORVM PATER VXORIS AMANTISSIMVS
SARAVILVDVICI GYMNASIVM PRVDENTER EST MODERATVS
LINGVAM LATINAM TOTO ANIMO EXCOLVIT NOVASQUE VOCES INTVLIT
QUEM NVPER AMISSUM LUGENT LITTERAE LATINAE

«P. Avenario auctore in eam paulatim deductus sum sententiam, ut linguam hisce ipsis temporibus putarem inter viros doctos ad omnis generis res exprimendas adeo valere posse, ut ipse initio cunctabundus et temptabundus, tum, crescente audaciâ, vel de hujus aetatis rebus scribere coeperim, in quâ re interdum mihi esse videbar corvus inter cycnos crocitanus, ita lectores oro obtestorque, ut legant labore improbo antiquos, medios, novicios versentque lexica manu nocturnâ manûque diurnâ et ac ratione illum ducant latinitatis spiritum, quem Avenarius noster efflagitat crebris precibus». IOSEPHUS XYLANDER

«Postea de multis investigat et interrogat novis verbis, de quibus etiam cum P. Avenario et mecum libenter egit...In hac vero provinciâ – de renovando lexico Latino – totâ suâ ætate indefessus exstitit verborum conquisitor et fabricator; cuius sententia plerumque cum nostrâ consentiebat nisi quod interdum in quibusdam novandis audacior fuit, ut cum in Societate Latinâ nomina de Gymnicis proposuit adhibenda...in quibus tamen multa sunt optimê excogitata». P. IOSEPHUS MARIA MIR

Josephus Holzer, qui sibi nomen interdum imposuit **XYLANDRI**¹ a.d.X Kalendas Augustas (i.e. die vicesimo tertio mensis Julii) anno MDCCCCVIII p.Chr.n. *Suirzhemii*, in viculo *Eiffaliae*² -, *Carolo Holzer* et *Theclā Hennes*, parentibus piis, ortus in lucem editus est. Ejus pater, cum esset ludimagister, jam anno postero *Hangardum*³, in vicum ad *Saram*⁴ situm, qui distat a *Monachiprātō*⁵ septem chiliometris, con migrare jussus est. Ibi triennio post *Josephulus* circiter quattuor annos natus matrem pientissimam anno 1881 natam amisit. Illinc pater ejus anno 1912 post conjugis mortem mandatu magistratuum Monachipratum, in vicum item Saraviae, transmigravit. Illic Josephus una cum patre apud avos⁶ cognatosque quosdam maternos⁷ habitavit, ubi *Anna Hennes*⁸, matertera ejus eademque matrīna⁹, ipsi bene facere consuevit. Sed ibi anno 1918, cum Josephus, filius unicus matris mature mortuae, puer decem annorum esset, avia de vita decessit iisdem fere annis avo defuncto et pater *Martham Hennes*, conjugis prioris, quae fuerat germanorum natu maxima, sororem anno 1896 natam, quae sororum natu minima septuagesimum primum annum

1 Cf. PAL. LAT. n. 145: 24 (1954) 174-176.

2 *Schwirzheim*/Eifel (Eiffalia, Eifalia, Eiflia).

3 vulgo *Hangard*.

4 Cf. VIT. LAT. n.23 (ni. Dec. 1964), p.83, adn. 40.

5 *Münchwies*; cf. SOC.LAT.6 (1938) 19 et 7 (1939) 4; ALMA ROMA 25 (1938), fase. VI, p.98, fasc.XI, p.175: Iosephus Holzer, Monachipratensis.

6 Cf. ThLL VIII 127,79-81 (magnus,-a,-um): De c. vocibus cognationis: amita, avunculus, matertera, patruus, socer, socrus. PAVL. FEST. p. 13 M veluti magnus pater est avus. Cf. ThLL I 1919, 56 sqq.: amita magna est avi *paterni* soror. ThLL II 1609, 14 sqq.: avunculus magnus: frater aviae. ThLL VIII 470, 20: matertera magna: aviae soror. Sed non inveni magnos parentes dici.

7 Cf. ThLL VIII 468,21 sqq. (maternus,-a,-um): *indicatur origo a matre: de cognatione ... de cognatis*: avus, avia, majores, cognati.

8 anno 1949 Monachiprati mortem obiit.

9 Cf. Walde-Hofmann: Lateinisches etymologisches Wörterbuch*, vol. II, Heidelberg 1954, p. 49: matrīna /. «Patin» seit 6. Jh. (= inde a saeculo sexto). Cf. ThLL III 1822,19-24: commāter, -tris f. *i.q. mater quae per baptismum quasi altera mater facta est*.

nunc agens adhuc Monachiprati habitat, uxorem duxit, ex quo matrimonio posteriore *Carolus* et *Villelmus* filii *Mariae* filia nati sunt¹⁰. *Josephus* autem annis a 1914 usque ad 1922¹¹ Monachipratensem ludum litterarium frequentavit. Deinde, cum esset jam aliquamdiu a spiritali pastore parochiae¹² propinquaе elementis studiorum linguae Latinae imbutus et instructus¹³ in classem tertiam scholae Prumiensis¹⁴ ab Reginōne abbate (+915) appellatae, gymnasii¹⁵ celeberrimi dioecesis Trevericae, quotam ratione supputationis inversae etiam quartam dicunt, ingressus inde ab anno 1922 studiis disciplinarum liberalium se dedit, quae die 8 mensis Februarii anno 1929 maturitatis testimonium (seu diploma) adeptus absolvit. Post Pascham autem ejusdem anni in Athenaeo¹⁶ Treverico¹⁷ stu-

10 noverca latine is quoque nominibus dicitur: ThLL VIII 473,72-75: mātrastra, -ae f. 473,78-80: mātrea id est matrinia. 475,55-59: mātřigna, -ae f. *i.q. noverca*: CANON. Migne 56,891 A qui incestas nuptias contrahunt, id est mātřignam (mātřiniam et mātřinam) cognatam vel socrum aut filiastram .. in conjugio sibi sociant.

11 Cf. HIER.epist.33,4,2 (CSEL 54,255,23-256,1) [*Origenes*] scripsit ... excerpta in psalmos a primo usque ad quintum decimum.

12 Cf. Walde-Hofmann, *op.mem.*, vol. II, p. 257.

13 Haec nota in textu originali solo numero affertur

14 Prumia (Pruma), -ae f., *a dj.* Prumiensis (Prumensis), -e = *Prüm*, oppidum in Eiflia situm. Ibi anno 721 monasterium Benedictinum conditum, annis 882 et 892 a Normannis magnam partem dirutum, paulo post restitutum est, quam abbātiām S.Salvatoris Napoleon anno 1802 suppressit. *Asservantur haec scripta*: annales Prumienses (MGH Script.XV 1289-1293. Nomina fratrum Prumiensis coenobii (MGH Lib. confraternitatis 83 151 346). Notae Prumienses (MGH Script.XXX/2 766 sq.). Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon (MGH Script. rer. Germ. [1890]). Series abbatum Prumiensium (MGH Script. XIII 302 sq.). — Cf. Schorn, C.: *Eiflia sacra* II, Bonnae 1889, p. 324-423. — Cf. *Lexikon für Theologie und Kirche* (= lexicon theologiae ecclesiaeque), vol. VIII, Friburgi Brisigavorum 1963, p.847 sq.

15 Cf. SALV. gub. 7,68 *Carthagine* artium liberalium scholae, illic philosophorum officinae, cuncta denique vel linguarum gymnasia vel morum. Cf. ThLL VI 2 2380,12-22: *gymnasium fere id quod schola*.

16 Cf. ThLL II 1031, 18 sqq.: AVR. VICT. Caes. 14,3 ludum ingenuarum artium, quod Athenaeum vocant (*instituit Hadrianus*). HIER.epist. 66,9,2 (CSEL 54,659,6) meminisse te puto erroris mutui, quando omne Athenaeum scholasticorum vocibus consonabat.

17 Trēvīrī et Trēvērī, -ōrūm (Augusta Treverorum) = nunc *Trier*: FORCELLINI - PERIN: *Lexicon totius Latinitatis*, tom. VI (onomasticon), Patavii 1940, p. 723. Cf. CAES. Gall. 1,37,1 (ed. Seele, Lipsiae 1961, p. 31,24,27) legati ab Haeduis et a Treveris veniebant ... Treveri autem, pagos centum Sueborum ad ripas Rheni consedissee qui Rhenum transire conarentur; his praeesse Nasuam et Cimberium fratres. TAC. ann. 3,42,1 (ed. Koestermann, Lipsiae 1960, p. 108,29) Interim Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum, quae conscripta a Treveris militia disciplinaque nostra habebatur, ut caesis negotiatoribus Romanis bellum inciperet. 3,42,3 (p. 109,4) Treverici tumultus finis. — Cf. AAS 48 (1956) 590: Sacrae theologiae Facultas Trevirensis.

diorum ecclesiasticorum¹⁸ per duo studiorum spatia semestria in philosophiam perdiscendam incubuit. Deinceps post Pascham posteriori anni Bonnae¹⁹, post Pascham anni 1931 Gottingae²⁰, denique post Pascham posteriori Monasterii²¹ per duos annos philologiae historiaeque cognoscendis studuit, imprimis linguam Latinam penitus percepturus praeter scientiam sermonis Graeci dilatandam. Post studia autem privata tempusque quoddam discendi a. d. VII Kalendas Octobres (i.e. die vicesimo quinto mensis Septembris) anno 1935 p.Ch.r.n. in studiorum universitate (sive academia) Monasteriensi examine²² publico probatus est.

Porro post haec studia disciplinarum primum annum temporis probationis praestituti petitoribus magisterii, quales referendarii scholastici dicuntur, in gymnasio Vendelinopolitano²³ prospere transegit. Intercesserunt autem ei cum patribus reverendis ejus domus missionalis²⁴, quae est Vendelinopoli, rationes etiam post discessum semper validae.

Deinde denuntiatione quadam dolosa foedaque magisterii consequendi cursus crudeliter repressus est et impeditus. Quo factum est, ut ille ab anno 1936 usque ad annum 1938 a quovis magisterio exercendo excluderetur, cum ipsi pro crimine obiceretur²⁵, quod firmioribus rationibus cum Roma, id est Sancta Sede, devinciretur quam cum Berolino, id est imperiali curia Hitleriana. Quibus annis repudiationis

18 cf. AAS 57 (1965) 191: Athenaeum Heythropense Studiorum Ecclesiasticorum (*Heythrop Faculties of Theology and Philosophy*).

19 Bonn.

20 Göttingen.

21 Monasterium in Vestfalia = *Münster in Westfalen*.

22 Cf. MART. CAP. 9,892 puellas ... examine isto explorare constituit (cf. ThLL V 2 1164,56 sqq.). *Pontificium Institutum Altioris Latinitatis*, Studiorum ordines et cursus, Pontificium Athenaeum Salesianum, Romae 1964, p.33: nisi prius disciplinarum omnium ... periculum fecerit, p.51: omnibus examen praeivium erit subeundum, scripto et ore habendum, de litteris Latinis et Graecis, p. 52: vel examen praeivium non superaverint, p.53: experimentum vero ore habendum ad res spectabit ... AAS 57 (1965) 191: qui (*candidati*) ... pericula scripto et ore bene superaverint. *Ibid.* p.192: examina ore et scripto subeunda. *Ibid.* p.347: [qui] ...examina ad doctoratum superaverint. *Krebs-Schmalz: Antibarbarus der lateinischen Sprache* vol. I, Basel/Stuttgart 1962, p. 532: examinare, explorare, exquirere, quid sciant, quid didicerint discipuli; cognitio discipulorum.

23 Vendelinopolis, *adj.* Vendelinopolitanus, -a, -um = *St.Wendel*, municipium Saraviae, quod a Monachiprato viginti chiliometris abest.

24 *Missionshaus*.

25 Cf. AVG. in psalm.30 serm.3,7,9 (CChL 38,217) Ergo si speras in Domino, coram hominibus spera, ne forte abscondas ipsam spem tuam in corde tuo, et timeas confiteri, cum tibi pro crimine obiciatur, quia Christianus es (cf. 1 ThLL IV 1190,63 sq.).

multos angores angustiae anxietates aliaque perpessus propter praecclusum aditum ad magisterium²⁶, in Monachipratensi praedio paterno tam in agellis colendis²⁷ quam in vaccis pecudibusque curandis²⁸ ceteros adjuvabat. Tamen hoc otio molestissimo extrinsecus injuncto, quantum fieri potuit, etiam atque etiam ad latine commentandum sedulo usus est.

Sed pro condicione rerum interdum tristissimus et maestissimus secum deliberabat, an expediret in Americam emigrare. Quo consilio complendo ut desisteret, *Marianna Effnert* effecit, quae ipsum die quarto mensis Decembris anno 1938 primum novit postmodum sponsa futura dilectissima.

Denique, quamvis factioni Hitlerianae nomen numquam dedisset, multis precibus iteratis et intercessione quadam viri familiaris factum est, ut Januario mense anni 1939 in gymnasium Ludovicianum²⁹ urbis Saroponti³⁰ admitteretur, ubi alterum annum probationis referendariis praescriptum perageret. Sed bello coorto Kalendis Septembribus ejusdem anni propter pericula proeliorum imminencia cum plerisque incolis ex finibus Saraviae excedere jussus magistratibus scholasticis Rhenaniae³¹ se praesentavit, qui ipsum scholae cuidam Vupperthaliensi³² addixerunt. His condicionibus tum Kalendis Decembribus ejusdem anni tandem examine paedagogico Bonnae comprobatus est. Ab eadem die titulo studiorum assessoris decoratus³³ publiceque muneri magisterii mancipatus triduo post, die quarto mensis Decembris, dominico die secundo sacri temporis adventus, Bonnae cum *Marianna* primo die anniversario consuetudinis captae sponsalia facta celebravit. Idem mandatu magistratum usque ad Kalendas Februarias insequentis anni Vupperthaliae,

26 Cf. VVLG. Luc. 21,17 et eritis odio omnibus propter nomen meum.

27 Cf. PLIN. epist. 6,3,1 (ed. Schuster, Lipsiae 1958, p.173,11) Gratias ago, quod agellum, quem nutrici meae donaveram, colendum suscepisti (cf.ThLL I 1280,22).

28 Cf. ThLL IV 1501,77-1502,3: (cūrāre) *bestias*.

29 *Ludwigsgymnasium*.

30 Hujus urbis nomen non una ratione legitur scriptum: Sarae pons, Sarebrugka, Sarraepontum, Sarāvi pons, Saropons = *Saarbrücken*; cf. CHART.Otterb. (ed. M.Frey - F X.Remling1845) 63 comes Sarapontis . — Cf. PAL.LAT. n. 158: 27 (1957) 93: Nuper mihi Saropontem proficiscenti obviam fit collega emeritus (*scribit Josephus Holzer*). Ego malo dicere 'Saropontum' ut Aenipontum.

31 *Rheinland*.

32 Vupperthalia, -ae f. = *Wuppertal*, municipium in valle Vipperae situm. — Illa schola in tribu Elberfeldensi (*Elberfeld*) sita erat.

33 Cf.AAS 57 (1965) 265: Etenim Pius nonus primum Cubicularii secreti, postea Praelati Domestici titulis eum [= *Victorem Scheppers sacerdotem saecularem*] decoravit: Archiepiscopus vero Mechliniensis Cathedralis ecclesiae Canonicorum coetui adscripsit.

deinde tres fere menses usque ad ineuntem mensem Majum ejusdem anni 1940 Emmerīcae³⁴, in oppido ad Rhenum inferiorem sito, discipulos diligenter docebat. Sed die decimo mensis Maji ad arma vocatus scholam relinquere coactus est. Ejusdem anni die vicesimo mensis Julii pater ejus mortuus est, qui triduo post, id est die vicesimo tertio mensis Julii in patria sepultus est. Cui funeri paterno ille justa solvit, postquam itinere citissime confecto ex Borussia orientali³⁵, quae Germaniae provincia partim Polonicae nunc est dicionis partim Russicae, tempestive ad locum sepulturae advenit paulo post ad manipulum suum reversurus. Paulisper autem dum accepto comiteatu a copiis abest, a.d. IIII Kalendas Majas (i.e. die 28 m. Aprilis) anno 1942 Mariannam, sponsam amantissimam decem annis minorem, uxorem duxit, ex qua deinceps post militiam *Carolus-Alexandrum* et *Paulum-Josephum* filios et Mariam-Teresiam filiam suscepit. Denique quinquies vulneratus³⁶ die quinto mensis Novembris anno 1943 aureo nomismate insignitus ab exercitu dimissus est. Postea scholae Ingobertopolitanae³⁷ attributus die septimo decimo mensis Decembris anno 1943 primum cum conjuge concessit³⁸ in diaetam³⁹ trium conclavium coquinaeque. Quod habitaculum⁴⁰ in domo parochi situm usque ad mensem Novembrem anni posteriori inhabitavit. Ibi familiaritatis necessitudinem cum curione (sive parochi) duobusque cappellanis⁴¹ conjunxit. Sed diebus mensis Novembris anni 1944 acies pugnantium appropinquabant et tela tormentorum majorum in oppidum Ingobertopolim coniciebantur. Quibus condicionibus ille cum

34 *Emmerich/ Niederrhein.*

35 *Ostpreußen.*

36 Cf. SOC. LAT. 11 (1943) 30: Iosephus Holzer, studiorum assessor, pro tempore miles compluries vulneratus, nunc in valitudinario morbo detentus.

37 Ingobertopolis = *St. Ingbert*, oppidum Saraviae, quod a Monachiprato quindecim chiliometris abest et a Saroponto triginta quinque.

38 Cf. ThLL IV 8,10 sqq. (concedere): LVCR. 5,1012 mulier coniuncta viro concessit in unum. LIV. 21,15,3 Carthaginem Novam in hiberna. SVET. Nero 48 in specum.

39 Cf. ThLL V 1 947,68 sqq.: 2 i.q. *cubiculum, cenaculum, pars domus (vel navis), habitatio in hortis.*

40 Cf. ThLL VI 3 2466,27 sqq.: I *habitaculum est locus, ubi habitatur, de domo vel parte domus*: MVTIAN. Chrysost. hom. 28,4 p. 413 domum duo vel tria habitacula concludentem (οἰκίαν τριῶν οἰκημάτων). Cf. *ibidem* p. 2469,25 sqq.: *habitatio est locus, ubi habitatur: A proprie: 1 i.q. domus, casa vel pars domus.*

41 cappellanus, -i m. = *capellán, capeláo, capellano, chapelain, chaplain, Kaplan*. Cf. AAS 57 (1965) 704-712: Litterae Apostolicae: Statuta approbantur ad curam spiritualem militum Rei publicae Foederatae Germaniae spectantia. Nr. II (p. 707-709): De militum Cappellanis.

conjuges Monachipratum in domum paternam ad novercam eandemque materteram revertit, ubi per novem fere menses mansit. Deinde Kalendis Augustis anno 1945, quo tempore *Carolus-Alexander* decem dies natus erat, scholam Lebacensem⁴², quale gymnasium doctrinae magis ad mathematicam disciplinasque physicas⁴³ spectantis breviter reale⁴⁴ dicitur, moderandam suscepit. Ibi, quamquam moderator jam erat, Kalendis Novembribus anni 1947 nomine consiliarii studiorum et anno 1950 Kalendis Septembribus studiorum directoris titulo decoratus est. Exstat autem epistula quaedam ad Mirum, patrem perquam reverendum eundemque tum moderatorem commentariorum PALAESTRAE LATINAE Idibus Februariis anni 1954 media nocte Lebāco data, qua certiores fimus, quanta religiositate quantaque diligentia pietatis paternae filiorum animos scientia mysteriorum Christianorum instruxerit. Nam ibi cum alia scripsit tum haec: «Opportune etiam libellum de Divo Antonio Clareto, hujus aetatis apostolo Eucharistiae his temporibus tenebricosis lucidissimo tradidisti. Quo quidem duce libello *Carolus Alexandrum*, filium majorem, qui proxima Dominica in Albis primum accessurus est ad sacram synaxin, edocui, quantopere Sanctus Claretus Jesum in tabernaculo delitescens adamavisset, quantoque sacram communionem paravisset animi fervore. Si adfuisses, mi Mire, videbas, quam attentissimo Alexander animo me Eucharisticam rem prosequeretur tractantem. Atqui ipse sentiebam, quantum in puerorum moribus Christiane formandis umeris nostris impositum esset onus periculi plenum, illud divini Magistri in mentem revocans: 'Sinite ad me venire parvulos!」⁴⁵ Iisdem fere annis ille, qui factioni Hitlerianae, quamvis insectationibus vexatus de-

42 Lebacum (Lebachium), -i n. = Lebacii: cf. SOC.LAT. 14 (1948) 23: Lebaci ad Saravum. PAL.LAT. nn. 149 sq.: 25 (1955) 44. 105: Lebachii. n. 154: 26 (1956) 99: Lebachio. — Distat Lebacum a Saroponto viginti quinque chiliometris, a Monachiprato quinquaginta.

43 Cf. CIC. part. 64 (ed. Wilkins, Oxonii 1955) Cujus generis omnes sunt in quibus, ut in obscuris naturalibusque quaestionibus, causae rationesque rerum explicantur. GELL. 2,28,1 (ed. Hosius, Stutgardiae 1959, p.138,9sq.) sed ne inter physicas quidem philosophias satis constitit. Cf. VIT. LAT. n. 8 (Sept.1959), p. 62 (adn.25).

44 Cf. Acta conventus Lugdunensis (2ème Congrès international pour le LATIN VIVANT [Lyon -Villeurbanne, Sept. 1959], Avignon 1960), p.133. Cf. MAR. VICTORIN. rhet.1,8 (ed. Halm, p.180,20) Alii hanc constitutionem (*sc. conjecturae*) realem vocarunt, quod enim quaeratur, utrum res ... facta esse videatur. OP. imperf. in Matth. 47 {*Migne*, PG 56}, p. 899^ Haec enim synagoga erat illa ficulnea, ornata foliis, et fructibus vacua: quae arbor videbatur, non autem erat nisi figuralis, sed erat synagoga realis: sicut et Judaea, quae verba sanctitatis portabat, et opera pietatis non habebat; quae videbatur populus Dei, non autem erat, ad quam venit Christus esuriens.

45 PAL. LAT. n. 145: 24 (1954) 178 sq.: Amico Amicus

trimenta caperet, numquam adscriptus erat⁴⁶, non est veritus profiteri in se ex Germanis prognato sanguinem esse Teutonicum⁴⁷, quamquam tum nomen Germanicum multis erat offensioni. Nam post bellum universale confectum Saravia aliquatenus dicionis Francogallicae erat⁴⁸. Sed Idem, qui erat unus ex eis, qui genua Bahali⁴⁹, id est idolis consiliisque detestabilibus tyrannidis Hitlerianae, non incurvaverant, etiam pro condicionum iniquitate nova impavide se praebeuit aequitatis verae studiosissimum. Denique Kalendis Augustis anno 1956 cum suis Saraludovicum⁵⁰ vocatus Lebacum reliquit, ut gymnasium Saraludovicensi praeeset Kalendis Novembribus ejusdem anni director superior studiorum nominatus. Ibi ad hortum urbicum⁵¹ molem⁵² novam aedificii scholaris

46 Cf. VVLG. apoc. 13,16 sq. Et faciet [*illa bestia*] omnes pusillos et magnos, et divites et pauperes, et liberos et servos habere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis; et ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiae aut numerum nominis ejus. Cf. 13,3 sq. Et admirata est universa terra post bestiam. Et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiae, et adoraverunt bestiam.

47 Cf. LIV. 8,7,19 si quid in te nostri sanguinis est. Cf. CIC.nat. deor. 2,138 ex his partibus sanguis per venas in omne corpus diffunditur (ThLL V 1 1107,76sq.). LACT. opif. 7,2 (CSEL 27,24,19) per quas [*venas*] discurrens umor et sanguis.

48 usque ad Kal. Ian. a. 1957. Res monētālis a.1959 mutata est.

49 Cf. TERT. adv. Jud. 1,7,47 (CChL 2,1340) Sic nam que posterioribus temporibus, quibus reges eis [= *Judaeis*] imperabant, et cum Hieroboam vaccas aureas et lucos colebant et Bahali se mancipabant. VVLG. III reg. 19,18 (BIBLIA SACRA ad codicum fidem, vol.VI, Romae 1945, p.186 sq.) et derelinquam mihi in Israhel septem milia universorum genua quae non sunt incurvata Baal (cf. *ibidem adnotationem hanc*: «baal» est dativi casus.). SVLP. SEV. chron. 1,25,5 (CSEL 1,28,17) perfecto sacrificio dirutaque ara, quam Baalis idolo Mādīānītae sacraverant, [Gědēōn] ad suos profectus castra castris hostium contulit. 1,43,1 (p. 45,7) Hujus imperii tempore Achāb, Ambrl filius, rex decem tribuum fuit, ultra omnes in Deum impius, namque Jězāběl filia Bāsae regis ex Sīdōnē in matrimonio accepta Bahali idolo aram lucosque constituit, prophetas Dei interemit. — Cf. ThLL II 1647,65-67.

50 *Saarlouis*; cf. PAL.LAT. n.158: 17 (1957) 94: Ser. Sara Ludovici a.d.XIII Kal.Majas, a.MCMLVII. KOCH, Georg Aenotheus, Deutsch-Lateinisches vergleichendes Wörterbuch der alten, mittleren und neuen Geographie, Leipzig (Lipsiae) 1835, p.221: Saarlouis: Arx Ludovīci ad Saram, Fanum St. Ludovici ad Saram, Sarāvus Ludovici, Sarluitium. — Denique ex Rudolfo Schmitt, consiliario studiorum Saraludovicensi, comperi Josephum Holzer dixisse 'Saraludovicum, -i n.' [epist. die 13.Febr. a.1966 data].

51 *Stadtgarten*; cf. VIT.LAT. n.10 (m.Majo 1960), p.7: Deinde gressus ad Hortos Urbicos segniter tuli (*Holzer*).

52 Cf. ThLL V III 1341,35 sqq.: *moles*, p.1342,7: molem novam ad defensionem viae ... fecerunt. HOR. carm.3,29,10 molem propinquam nubibus. Talis mole fortasse id est, quod nobis *rasca cielos*, *gratta cielo* (*grattanuvole*), *gratte-ciel*, *skyscraper*, *Wolkenkratzer*.

viribus contentis curavit exstruendam. Porro in hac schola, quae est et liberalis et realis disciplinae, anno 1959 seminarium, quod dicitur referendariorum scholasticorum scholaribus necessitatibus conformandorum, institutum est, in quod ille multas magnasque curas impendit. Idem a Paschatis diebus anni 1965 necessitate coactus aliud quoque gymnasium disciplinae in spatium sex annorum contractae, quale ludo litterario octo annorum completo nixum dicunt impositivum⁵³, suscepit regendum⁵⁴. Sed jam circiter dies festos Pentecostes ejusdem anni⁵⁵ frigoribus febribusque correptus aliquam diu lecto tenebatur. Deinde post duos fere menses laborum exanclatorum et officiorum expletorum recessum ruralem quaesiturus die 24 mensis Julii archiabbatiam Ottiliensem⁵⁶ in Bavaria superiore⁵⁷ sitam obiit, quo se cum suis inde ab anno 1962 quotannis aestatis tempore contulerat animum colloquiis lectionibus meditationibus relaxaturus viresque corporis ambulationibus somnisque quietis refecturus, denique sacram liturgiam participaturus. Sed condiciones valetudinis parum prosperae ac recreationis tempore in melius mutatae non sunt. Postea ex loco quietis captae profectus itinere per Monacum⁵⁸ facto *Mariam* sororem nuptam visitaturus plagam Bavariae magis orientalem petivit. Inde paucis diebus post in patriam reversus⁵⁹ medicos consuluit ipsisque se commisit. Quo factum est, ut exeunte mense Augusto⁶⁰ in nosocomium Elisabethanum Saraludovicense⁶¹ reciperetur curandus. Deinde post jecoris morbi remissionem Aquas Mergentanas⁶² adiit,

53 *Aufbaugymnasium*.

54 Cf. PAL. LAT. n.160: 27 (1957) 225: Josephus Holzer, rector Saraludovicensis.

55 Dies dominicus Pentecostes hoc anno celebratus est die 6 mensis Junii.

56 *Erzabtei St.Ottilien*; cf. HIER, epist.77,1,1 (CSEL55,37,5) quartae aestatis circulus volvitur.

57 Oberbayern.

58 Ita factum est, ut tum per aliquot hebdomadas Monaci moratus die 16 m. Augusti Josephum Paulo - Josepho lilio minore comitatum convenirem ultimum. Inde discedens dixit: «Quando inter nos videbimus? Poteritne fieri, ut salvi denuo conveniamus? Sed Deus providebit. Vale!» Similibus verbis ego maestificatus maestificatum eum valere jussi et benedictionem caelestem precatus resalutavi. Postremo horā sextā decimā et quadrante eum ex fenestra currus ferriviarii jam promoti prospicientem brachiisque porrectis mappulas agitantem omnibus votis prosecutus sum, donec tramine deflexo in omne tempus ex oculis meis evanuit.

59 die 20 mensis Augusti anni 1965.

60 die 25 mensis Augusti.

61 *St.-Elisabeth-Klinik, Saarlouis* - inde dimissus est die 14 m. Oct.

62 *Bad Mergentheim* (cf. SOC.LAT.12 [144] 17 sq.) = Mergēthum, Mergenthemium.

ubi curatione sex hebdomadam⁶³ sanitati prorsus restitueretur. Sed balneatoris incuriā parum diligenter tractatus etiam renum inflammatorum malum contraxit. Itaque circiter initium mensis Decembris gravius aegrotans in Saraludovicense valetudinarium Elisabelhanum reportatus⁶⁴ in dies magis infirmabatur, ut vix quicquam spei relinqueretur. Denique a.d.XVI Kalendas Januarias anni MDCCCCLXVI (i. e. die septimo decimo mensis Decembris anni 1965), feria sexta, post noctis tempus quiete transactum mane circiter horam sextam semis, cum uxor in margine lecti vigilanter assideret⁶⁵, quae languore mariti commota consolatura modo Dei clementiam benignitatem misericordiamque laudaverat, eo ipso momento ille continuatione passionis attenuatus et acerbitate dolorum mundatus improvise pallescens et elurescens⁶⁶ toro revolutus spiritum exhalavit ad Deum creatorem Christumque redemptorem regressus.

Corpus ejus triduo post, id est die vicesimo mensis Decembris, post missae sollemnis sacrificium exsequiale horā octavā semis celebratum Deoque pro requie animae defuncti oblatum in eo coemeteriō Saraludovicensi, quod est saeculi novi⁶⁷ nomine significanter nuncupatum, honorificentissime sepultum est. Ibi resurrectionem mortuorum exspectat, quam Christus pro genere humano passus mortuusque suis promisit summa spei certitudine opperiendam cum regno sempiterno salutis et gaudii et pacis.

Fuit autem Josephus Holzer linguae Latinae defensor indefessus et propugnator assiduus idemque vir probitate morum et animi sinceritate et sensuum pietate mirabiliter insignis. Qui Dei cultor vere religiosus suis amantissimus et amicis dilectissimus desiderium sui reliquit ingens. Hic jam a pueris sonoritate sollemnitateque sermonis Latini, utpote qui cottidie in caerimoniis rituum sacrorum adhiberetur, mirum quantum alliciebatur. Adulescens autem tot vocabula, quae ex utroque

63 a die 26 m. Oct. usque ad diem 3 m. Decembris.

64 die quarto mensis Decembris, sabbato.

65 Cf. SVET. Aug. 64,3 (ed. Ihm, Stutgardiae 1961, p.84,3) neque cenavit una, nisi ut [*nepotes*] in imo lecto assiderent, neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent aut circa adequitarent. HIER, epist. 117,8,2 (CSEL 55,431,9) ipsum jactant adsidere lectulo, obsetrices (*var.l.* obstetrices) adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas. 108,27,2 (p. 346,8) ipsa [*Eustochia*] adsidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, pulvillum supponere, fricare pedes manu, stomachum confovere, mollia strata componere, aquam calidam temperare mamphūlam adponere, omnium ancillarum praevenire officia, quidquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Cf. ThLL II 878,20,45: assidēre. VIII 249,83 sqq.: mamphūla. -ae f. *i.q.* *genus placenta*e ... panis Syriaci genus.

66 Cf. ThLL V 2 436,4-7.

67 *Neue Welt*.

volumine ejus lexicī, quid uno verbo GEORGES dicitur, studiosissime expiscatus erat, memoriae mandavit, ut cuncta carminum Vergilianorum verba memoriter sciret. Simili studio posterioribus quoque annis litteras antiquas recentioresque perlegebat et perquirebat, quo praeter scientiam rerum quaesitam volubilitate verborum exercendus ea vocabula dispersa conquireret congereret colligeret, quae ipsi ad sermones cum aliis expedite instituendos, epistulas facile scribendas, commentationes commode conficiendas opus essent.

Tamen non semel confessus est se tantum laboris studiique in linguam Latinam perdiscendam usuique restituendam contulisse, quanto nisu minimum septem linguas recentiores addidicisset. Sed splendore singulari et utilitate evidenti linguae Latinae impulsus in spem sermonis communis cum salute cunctorum eruditorum instaurandi rapiebatur.

Ergo multiplici supellectile scientiae instructus et tenacitate mirabili memoriae praeditus ut bonus pater familias de thesauro suo vetera et nova proferebat⁶⁸. Itaque praeter usum consuetudinemque cottidianam jam ex illis annis, quo tempore propter condiciones iniquas imperii Hitleriani scholis exclusus erat⁶⁹, non pauca latine scripsit in variis commentariis periodicis vulgata. Quibus verbis cum aliis communicabat, quae sive lectione plurima apud alios scriptores auctoresque invenerat sive deliberationibus circumspecte habitis ipse condiderat.

Atque primum quidem, quod sciam, anno 1937 in commentariis SOCIETATIS LATINAE Monacensis aestimationem quandam vocabulorum propositorum fecit. Ibi deinceps usque ad annum 1953 non pauca vulgavit⁷⁰.

68 VVLG. Matth.13,52 Ait [*Jesus*] illis: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.

69 1936-1938.

70 SOC. LAT. 5 (1937) 9-10: Adnotationes criticae ad vocabularium. 5 (1937) 10-11: De sc̄lōpētō eiusque partibus. 6 (1938) 19-24: Gymnica. 7 (1939) 4-6: De fidiculae fabricatione. 8 (1940) 26-30: De sclopetatione minuta. 8 (1940) 52-54: Vocabularium ad artem sclopetandi spectans. 9 (1941) 3-7: De Michaelis Olmonis consilio civitatem Latinam condendi. 11 (1943) 30-31: Supplementum ad vocabularium neolatinum. 13 (1947) 13-18: Nomenclatura vestiaria. 14 (1948) 22-23: In memoriam Caroli Flesch, Augiensis medicinae doctoris. 16 (1950) 26-32: De coniunctionum quod quia quoniam in subiunctis propositionibus enuntiativis usu. 19 (1953) 14-18: Radiophonica. De his commentariolis vocabulariisque divulgatis in fasciculo tertio commentariorum VOCIS LATINAE, qui Ottobrunnae prope a Monaco eduntur fusius egi: 1966/1 (Jan.), p. 15-20. — De nomine vocābulārīi cf. WALDE-HOFMANN: *Lateinisches etymologisches Wörterbuch**, vol. II, Heidelbergae 1954, p. 823.

Similiter jam anno 1938 in commentariis Romanis, quibus erat index ALMA ROMA, primum scripsit, ubi cum varia genera autocinetorum tum ipsius currus automatarii partes singillatim denominare conatus est vocabulis magnam partem ab Andrea Avenario⁷¹ tum propositis. Quae nomina typis descripta postea non uno loco sive sua manu supplevit sive minio supernotata⁷² retractavit⁷³. Ibidem eodem anno rebus instrumentisque novis generis maxime varii, inter⁷⁴ quae etiam birota ejusque partes enumerantur atque radiophōnum ipsiusque particulae structurae et armamenta additicia⁷⁵, nomina scienter imposuit⁷⁶. Porro postero anno ibidem epistula proponitur, qua de rebus quibusdam domesticis, ut vestimentorum vel pannorum, specialiter tractatis latine denominandis egit et de rebus artis grammaticae et artis sclopetariae et oeconomiae publicae et mercium tabācinārum⁷⁷.

71 Cf. PAL. LAT. n. 169: 30 (1960) 37-38: P. Andreas Haberl, S. V. D. — Hoc vertente anno P. Andreas Haberl, S. V. D. — quem legentes Palaestram Latinam AVENARIUM norunt — commentariorum nostrorum assiduus et illustris scriptor, ab inito sacerdotio diem anniversarium quadragesimum [? *recte* quinquagesimum ?] mense februario celebravit, n.177: 32(1962) 265 268: Superiore anno, adventante quinquagesimo sacerdotii mei anniversario, ... n. 178: 323(1962) 352: A. Avenarius = Haberl; nam Germanice *Hafer* (*Haber*) = avēna.

72 Cf. PRISCILL. can. p. 112,5 supernotatum: cf. ThLL VIII 1026, 83 sqq.

73 ALMA ROMA 25 (1938) 98-99 et 120-121: Nostra res. Ad renovandum latinae linguae usum . Iosephus Holzer Monachipratensis Almae Romae sociis et lectoribus humanissimis. Cf. acta conventus Lugdunensis (2.ème Congrès international pour le LATIN VIVANT [Lyon-Villeurbanne Sept. 1959], Avignon 1960), p.133: *R. P. Iosephus Mir*: Iosephus Holzer — qui nunc Reale Gymnasium Saraludovicense regit — anno 1938 genera automobilium summa dexteritate et rei peritia descripsit multaque nova proposuit verba. Cf. ALMAM ROMAM 26 (1939) 64-66: Iosepho Holzer ... Iosephus Fornari, Almae Romae commentarii Moderator, s.d.pl.

74 Cf. COLVM. 2,11,6 Cornelius Celsus inter ceteras dotes ejus leguminis (*i. fabae*) hanc quoque enumerat eqs. TERT. adv. Mare. 5,17,5,1 (CChL 1,713) haec quoque spiritualium species enumerat inter septem spiritus per Esaiam. jejun. 8,4,11 (CChL 2,1265) apostolus in secunda Corinthiorum inter labores suos et pericula et incommoda post famem ac sitim jejunia quoque plurima enumerat. Cf. ThLL V 2 618,81 sq. (*enumerare*).

75 *accessorios, accessorios, accessori, accessoires, accessòries, Zubehör*, neo-graeco: ταράρτημα, ἐξάρτημα«.

76 Cf. CIC. fin. 3,3 (ed. Schiche, Stutgardiae 1961, p.87,22sq.) ... verba parienda sunt imponendaque nova rebus novis nomina. — Cf. ThLL VII 1 658,47-76 (*imponere*).

77 ALMA ROMA 26 (1939) 154-155. Ibi etiam sclopetatio minuta (*Kleinkaliberschießen*) commemoratur; cf. SOC. LAT. 8 (1940) 26-30: *De sclopetatione minuta*. Respondit autem Avenarius quaestionibus ibidem propositis: ALMA ROMA 26 (1939) 173-175 [fase. XII, Dec.].

Postea conquisitus non jam quicquam vulgavit nisi quae in fasciculis SOCIETATIS LATINAE sparsim inveniuntur, donec anno 1951 commentarios PALAESTRAE LATINAE repperit, quorum nomen praeclarum existentiamque laudabilem jam anno 1933 noverat⁷⁸. Sed tum iniquitate condicionum impeditus erat quominus illos libellos aequalibus intervallis editos sibi compararet.

Primam autem epistulam mense Aprili anni 1951 nescio quomodo ad *Josephum Jiménez Delgado*, patrem reverendum eundemque Professore linguae latinae, misit, quem per errorem pro moderatore PALAESTRAE LATINAE habuerat⁷⁹. His litteris eum commentarium in fasciculis PALAESTRAE LATINAE postmodum evulgatum addidit, quo de *quod quia quoniam* conjunctionum usu non ita recto sagaciter agitur⁸⁰.

Paulo post primum hunc nuntium renuntiat, quomodo, cum Lebaci habitaret, telephonice domum revocatus sit his conjugis verbis: «Advēnit una aliqua te salutatura ex terra longinqua!» Illuc a schola reversus tum primum fasciculum PALAESTRAE LATINAE invēnit. Iisdem litteris apud *Josephum Mirum*, patrem reverendum eundemque moderatorem PALAESTRAE LATINAE, se excusat, quod *Josephum Jiménez Delgado* moderatorem perperam appellasset⁸¹.

Deinde per aliam epistulam mense Majo ejusdem anni scriptam belli vastationes facinoraque Russorum refert et quaestionibus expediendis⁸² respondet. Denique sententiam suam alias quoque non raro prolatam⁸³ his aperit verbis: «Videor mihi interdum stare in nave, quae jam jam mergatur fluctibus tempestatis. Attamen, quam vis parva manus simus, artius conserentes latus lateri intendere debemus et volumus operam atque industriam, ut ex ruinis laetius reflorescat communis res nostra Latina. Omnem spem pono in vobis Hispanis et in vestra illustri scriptura periodica⁸⁴». In eadem epistula nonnulla no-

78 Cf. PAL. LAT. n. 128: 21 (1951) 74.

79 PAL. LAT. n. 128: 21 (1951) 74. Ibidem P. Jiménez Delgado respondet Josephumque Holzerum his verbis monet: «perge tueri acerrimo animo rem Latinam!».

80 Cf. PAL. LAT. nn. 127-130: 21 (1951) 43-45, 72 sq., 83 aq., 103-105: De conjunctionum *quod quia quoniam* usu abolendo in subjunctis propositionibus enuntiativis. Cf. SOC. LAT. 16 (1950) 26-32.

81 Cf. PAL. LAT. n. 128: 21 (1951) 75.

82 Cf. AVG. civ. 7,1,9 sq. (CChL 47,185) quid de hac quaestione expedienda ulterius desideret.

83 Cf. RVFIN. apol. adv. Hier. 1,30,20 (CChL 20,65) sub aliena persona suam sententiam proferunt.

84 PAL. LAT. n. 129: 21 (1951) 90

mina latine reddita proponit, quibus mense Julio ejusdem anni alia addit⁸⁵.

Postero anno copiosam nomenclaturam vestiariam exhibere coepit⁸⁶. Iisdem fere mensibus nonnullae epistulae datae afferuntur, ubi ille *Josepho Jimenez Delgado* valetudinem prosperiorem precatur et nonnulla nomina nova proponit probanda, quorum quaedam ad autocinetum birotam viam ferratam spectant⁸⁷. Idem scribit se summo gaudio legisse, quae de *Antonio Maria Claret* in catalogum Beatorum relato memoriae tradita sunt⁸⁸.

Deinde quaestionibus *Avenarii* provocatus, qui commemorat epistolam anno 1940 acceptam⁸⁹, res rationum pecuniariarum aggreditur singillatim denominare⁹⁰. Porro titulos commentariorum quorundam periodicorum suscipit latine reddendos vel interpretandos⁹¹. Deinde ad rem athleticam convertitur et ad varia genera lūsūs pilae⁹².

Novembri autem mense anni 1953 per litteras *Josepho Mir*, Patri perquam reverendo, qui suum patrem amiserat, verbis amicis dolorem declarat participatione perceptum⁹³. Disceptat etiam cum *Avenario* de incrustationibus glacialibus speciei florum similibus, quae brumae tempore in vitris fenestrarum fiunt, latine nominandis⁹⁴.

Paulo ante per litteras Kalendis Februariis anni 1954 datas dixit se tantum studii in linguae latinae scientia dilatanda posuisse⁹⁵, quanto certe complures linguas peregrinas⁹⁶ aetatis nostrae didicisset!⁹⁷. Ibidem non dubitat nonnulla nomina rei athleticae retractare, quam rem aliis quoque

85 Cf. PAL.LAT. n.130: 21 (1951) 111 sq.; cf. *ibidem* p.112 sq.: responsum Patris Josephi Mir.

86 Cf. PAL.LAT. nn.131 sq., 134, 136 sq.: 22 (1952) 130-132, 146-148, 186,229-231, 23 (1953) 15 sq. — Cf. SOC. LAT. 13 (1947) 13-18. -

87 Cf. PAL. LAT. nn. 131-133: 22 (1952) 132-135, 155-157, 193.

88 Cf. PAL. LAT. n. 132: 22 (1952) 155. -

89 Cf. PAL. LAT. n. 133: 22 (1952) 177.

90 Cf. PAL. LAT. n. 134: 22 (1952) 191-193. -

91 Cf. PAL. LAT. nn. 136-138: 22 (1952) 223 sq., 23 (1953) 3-5, 33-35.

92 Cf. PAL. LAT. nn. 139, 143-145: 23 (1953) 48-50, 24 (1954) 134 sq., 146 sq., 166.

93 Cf. PAL. LAT. n. 143: 24 (1954) 135 sq. -

94 Cf. PAL. LAT. n. 145: 24 (1954) 176 sq.

95 Cf. RVFIN. apol. adv. H ier. 2,23,13 (CChL 20,99) studium, quod illi posuerunt in eruditione saecularium litterarum.

96 Cf. HIER, epist. 73,7,1 sq. (CSEL 55, 20, 13-18) Salem autem non, ut Iosephus et nostrorum omnes arbitrantur, esse Hierusalem, nomen ex Graeco Hebraeoque compositum, quod absurdum esse peregrinae lingua mixtura demonstrat, sed oppidum juxta Scythopolim, quod usque hodie appellatur Salem. Et ostentatur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam. RVFIN.apol.adv.Hier.2,25,6 (CChL 20,101) interdum linguae peregrinae quaerit auxilia. 1,16,51 sq. (p. 50) cum in alteram linguam vel proprie vel minus proprie aliena verba vertuntur. -

97 Cf. PAL. LAT. n. 145: 24 (1954) 178

epistulis⁹⁸ repetit discutiendam⁹⁹. Iisdem mensibus cum Avenario de quibusdam utensilibus electricis latine denominandis deliberat, velut de *mergulo coctorio* sive *calefactorio*¹⁰⁰, quod instrumentum *Hamletus Tondini*, moderator commentariorum LATINITATIS, dicit *guttum*¹⁰¹ *electrico fluctu tepefactum*¹⁰². Novissimis autem annis interdum molestissime tulit, quod quidam non raro vocabula confingere viderentur, quasi quaedam res ab aliis nondum essent laboriose tractatae¹⁰³. Similiter gravissime monuit, ne nomina saeculo amplius scriptoribus praestantibus usitata ad aliam significationem detorquerentur. Speciatim autem scripsit¹⁰⁴ non licere voci *fistulae furnariae* notionem novam subicere, quasi non jam id sit, quod hodie a quibusdam *fumisugium* dicitur vel *infundibulum*¹⁰⁵.

In epistulā autem a.d.V Kalendas Novembres anni 1954 Lebaco data, praeterquam quod genera quaedam potionum alcoholicarum¹⁰⁶ et ludorum ludicrorum latine denominanda suscipit, suam sententiam, qua de condicionibus linguae latinae simpliciter iudicat, his verbis aperit: «Alii aliter» inquit «de ... negotio [*sermonis vere latini dijudicandi*] sentiant, mihi constat, si locum, quem habuit sermo latinus, recepturus sit, angustis aureae aetatis terminis eam (= Latinitatem)

98 Cf. PAL. LAT. nn. 147-149: 24 (1954) 204 sq., 230 sq., 25 (1955) 39 sq.

99 Cf. ThLL VI 1374,67 sqq.: (discutere) *i.q. cogitatione perlustrare, percurrere, quaerere ab aliquo.* -

100 Cf. PAL. LAT. nn. 146, 150: 24 (1954) 194 sq., 25 (1955) 100-105.

101 Cf. ThLL VI 2 2378,11 sqq.: *gūtus, -ī m. scribitur per unam t, graece γούτος/gutt- testibus bonis omnino caret [it. gotto, port. goto].* -

102 LATINIT. 13 (1965) 16 (adn.24).

103 Cf. PAL. LAT. n. 130: 21 (1951) 111 sq. et LATINIT. 10 (1962) 293-296: *Novarum rerum nova latina vocabula (Tondini)*. 12 (1964) 15-23: *De taberna chartaria omni supellectile instructa atque ornata (Tondini)*. Cf. VOC. LAT. 1966/1, p. 22.

104 epistula die 12.m.Nov. 1965 data. In ultima autem epistula Mergenthemio die 25 m. Nov. data nomine 'trunculi fumifici' id latine reddidit, quod est Germanis 'Stumpfen', de quo vocabulo rei tabacinae lexica mea romanica frustra consului. Ceterum ibidem rescripsit sibi placere, quod rem rogatus die 16 m.Nov. ejusdem anni proposueram. Scripserat enim ambulanti se Mergenthemii cottidie titulum quendam legisse his verbis comprehensum: «*Ambros Greiner Hoch- und Tiefbau*». Haec verba latine sonant: *Ambrosius Greiner; architectus structurarum et erectarum et depressarum*.

105 Cf. VIT.LAT. n.25 (m.Sept.1965), p.15 (Mir); Bacci: *Lexicon vocabulorum quae difficiliter latine redduntur*, Romae 1963, p. 569 sq.

106 Cf. AAS 45(1953) 22: *exceptis alcoholicis (potibus, potionibus)...* *exclusis alcoholicis (bis)*, p.23: *potus alcoholicos ... ceteros potus non alcoholicos (Pius XII)*. — 49 (1957) 177: *potum non alcoholicum*, p.178: *potum alcoholicum ... potum non alcoholicum (bis)* (Pius XII). Cf. PAL.LAT. n.163: 28(1958) 411, cf. ibidem p.410, adn. VIT.LAT. n.8 (Sept.1959), p.37-39 (MANGEOT); n.25 (Sept.1965), p.24 sq. (MANGEOT). BACCI, *Lexicon*, p.41.

coartandam non esse, neque sic quicquam puto ejus majestati aut gravitati aut puritati detrahi¹⁰⁷». Paulo post praeter pauca nomina generis varii, ut rei electricae, confitetur haec: «*P. Avenario auctore in eam paulatim deductus sum sententiam, ut linguam hisce ipsis temporibus putarem inter viros doctos ad omnis generis res exprimendas adeo valere posse, ut ipse initio cunctabundus et temptabundus, tum, crescente audacia, vel de hujus aetatis rebus scribere coeperim, in qua re interdum mihi esse videbar corvus inter cycnos crocitantis*¹⁰⁸, ita lectores oro obtestorque, ut legant labore improbo antiquos, medios, novicios versentque lexica manu nocturna manuque diurna¹⁰⁹ et ac ratione illum ducant latinitatis spiritum, quem Avenarius noster efflagitat crebris precibus¹¹⁰».

Has qui sententias dixit¹¹¹, nihil antiquius habuit, quam ut latinitatis facem praeferret¹¹². Idem *Josephum Mirum*, amicum suum, eo animi ardore, quo rem linguae latinae pugnaciter proferebat propagabat propugnabat, a censuris, quas *Johannes Coppa* nimis aspere egit¹¹³, vehementer defendebat¹¹⁴. Postulavit autem, ut, si verba¹¹⁵

107 PAL.LAT. n. 149: 25 (1955) 40. — Hoc loco de verborum delectu tantum agi videtur, non de rationibus grammaticis. — Cf. GELL. 5,21,11 in ea epistula Sinius Capito rationes grammaticas posuit, per quas docet eqs. (ThLLVI 2 2171,5).

108 Cf. RVFIN. apol. adv. Hier. 2,25,33 (CChL 20,101) cum a sinistro oſcinem corvum audiam croccientem . — Cf. ThLL IV 1213,44 sq.: crōcitāre.

109 Cf. HOR. ars 269 vos exemplaria Graeca nocturna versate manu, versate diurna. — Similis locus, quem in epistulis Hieronymianis inveneram, mihi excidit.

110 PAL.LAT. n.150: 25 (1955) 103 sq., cf. n.149: 25 (1955) 46. — Cf. LATINIT. 2 (1954) 83-93: Communis omnium doctorum sermo Latinus esto (Tondini). PAL.LAT. n. 168: 29 (1959) 189-202: Latina lingua communis sit inter doctos homines (Jiménez Delgado); cf. ibidem: n.156: 26 (1956) 193-202, n. 158: 27 (1957) 61-71: Lingua latina iterum universalis deveniat oportet (Jiménez Delgado). n.170: 30 (1960) 94-96: Plura de latina lingua inter doctos communi (Beach) . — Josephus Jiménez Delgado: Latinus sermo inter doctos homines communis est habendus, in actis conventus Lugdunensis [1959], p. 68-84. — Cf. VOC. LAT. n. 2 (m. Oct. 1965), p. 3-5: De necessitate scientiae linguae Latinae (Eichenseer).

111 Cf. AVG. in euang. Joh. 38,2,22 (CChL 36,339) Praenuntiavit ergo illis Dominus dixitque sententiam praescius. RVFIN.apol.adv.Hier. 1,40,5 sq. (CChL 20,74) sententias ... ab eo dictas frequenter ostenderim.

112 Cf. PAL.LAT. n.149: 25 (1955) 40: Nonne facem praetulisti tuo jure? Arripiamus proinde facem forti animo in conventu Avennionensi incensam et tollamus in altum, ut flamma fiat, quae omnibus praeluceat, adhuc dubiis, qua via sit incedendum (acta conventus Lugdunensis [1959], p. 137). — Haec verba magnetophonice conservata sunt. — Cf. ThLL VI 1 405,16-23: facem praeferre. PETRON. 26,1 (edd. Müller-Ehlers, Monaci 1965, p.46).

113 Cf. LATINIT. 3 (1955) 148-152. -

114 Cf. PAL.LAT. n. 151: 25 (1955) 144 sq.: Censoribus respondetur; cf. *ibidem* p.156-163 (Avenarius).

115 Cf. SERV. Aen.3,384 nove verbum fictum. CIC.fin.4,7 nova verba fingunt; cf. ThL L VI 1 774,14-44.

nove ficta notis censoriis improbarentur, censores curarent, ut in locum vocabulorum rejectorum meliora substituerentur eademque latiniora.

Idem anni 1955 mense Decembri quaestiones quasdam solvendas suscipit notiones recentiores artis musicae et pictoriae et philosophiae et psychologiae latine reddere aggressus. Quales affectiones animi sensusque mentis dictionesque doctrinales diligenter subtiliterque recognoscantur necesse est, cum difficulter tales res verbis latinis exprimantur. Porro eodem loco ille id instrumentum exploratorium, quod *Antonius Bacci*, Pater Cardinalis ille Romanus, dicit *radioelectricum instrumentum praemonitorium*¹¹⁶, paucis retractat proponitque nomen *tēlēmētrī radioelectrici*¹¹⁷.

Paulo post epistula Kalendis Aprilibus, i.e. die dominico Paschatis, anno 1956 Lebācō datā de *trūtinae* genere quodam agit, quod propter similitudinem pontis, in cujus superficiem librilem currus voluti imponuntur pendendi, *stātēram pēnsilem* dicit vel *pōntīlem*¹¹⁸.

Scripsit autem a.d. XIII Kal. Majas anno 1957 epistolam Saraludovici datam, qua nonnulla nomina novata, quae Avenarius proposuerat, prudenter sive perstrinxit sive pertractavit. Ibi genus quoddam *acus fibulatoriae* hodie multum usitatae describit latineque denominat, deinde *traminis ferriviarii* nomen aliaque vocabula variarum rerum, ut *tintinnabuli electrici*, tangit, denique rei nummariae negotiique pecuniarii nomina quaedam partim de suo partim de alieno affert¹¹⁹.

Eodem anno exeunte de *taeniludii*¹²⁰ principio, propagatione, praeceptis praestantiaque copiose egit¹²¹. Anno post¹²² subtilitate simili de *clusura tractili* scripsit, quam *clausuram fulmineam* dixit¹²³. Denique biennio post, cum esset hauriendi¹²⁴ fumi tabācēi amantissimus, ul-

116 Cf. LATIN IT. 3 (1955) 169 sq.: Res novae nova nomina postulant (*Bacci*). BACCI, *Lexicon*, p.624.

117 Cf. PAL.LAT. n.152: 25(1955) 233. — Ceterum illud instrumentum breviter fortasse dici potest ‚rādīōtēlēmētrūm‘.

118 Cf. PAL.LAT. n.154: 26 (1956) 98 sq., cf. ibidem p.100sq.

119 Cf. PAL.LAT. n.158: 27 (1957) 91-94; vide p.92: clavulus muscarius, et confer SOC.LAT.11 (1943) 31: clavos muscarios (i.e. clavos retundibiles sive obtundibiles). Ergo hic sensus alius est. — Cf. PAL.LAT. n. 158, p. 90 sq. (Avenarius), p.94 sq. (P. MIR). -

120 taenilūdīūm, -i n. = *tenis, tēnis, tennis, Tennis*.

121 Cf. PAL.LAT.n.160: 27 (1957) 217-225: De taeniludio. -

122 Cf. ThLL II 117,65-69.

123 Cf. PAL.LAT. n.164: 28 (1958) 466-468.

124 Cf. ThLL VI 3 2570,23-48: (haurire) *i.q. ore vel naribus āerem, odorem, fumum sim. recipere*.

timum fusius de tabaco et speciebus utensilibusque rei tabācinae non solum egit, verum etiam vocabularium quoddam composuit¹²⁵.

Item anno 1960 primum atque ultimum in commentariis Avennicis, qui inscribuntur VITA LATINA, commentum¹²⁶ quoddam evulgavit, quo, quae tum sermone hominum revolvebantur, lepidissime descripsit¹²⁷. Haec ut commentaretur, *Eduardus Théodore-Aubanel*, editor illorum commentariorum periodicorum et tum moderator, eum adduxit. Nam occasione data conventūs Lugdunensis anno ante celebrati amicitiam cum illo conjunxerat, quam quadriennio post in conventu Argentoratensi (seu Strateburgensi) feliciter renovavit. In horum conventuum consessibus colloquiisque multorum animos verbis affabilitatis gravitatisque sibi conciliavit, quamvis multorum praesentium inscientiam sermonis latini etiam atque etiam lamentatus esset. Lugduni autem *Josephum Mariam Mir Tristany*, Patrem perquam reverendum eundemque virum vere doctum, quocum ei jam per complures annos epistularum consuetudo¹²⁸ fuerat, primum coram convenit¹²⁹. Ibidem post illum ad congregatos cōntiōnāns cum alia dixit tum haec: «Auctor sum atque suasor, ut omnes, qui proximo conventui adesse et operam sociam praestare cogitabunt, conceptis verbis jubeantur, uti orator hujus sessiunculae¹³⁰ magnis causis allatis et varietate exemplorum proposita postulavit, unam adhibere linguam et in contionibus publicis et (in) colloquiis privatis, scilicet latinam. Sic me tenet spes certissima fore, ut tandem evanescat babelica illa linguarum confusio. Vos autem, auditores spectatissimi, oro obtestorque, ut in eandem descendatis sententiam. Nam ubi voluntas, ibi via. Dixi¹³¹». Similem sententiam, qua monuerat, ut confusio Babylonia¹³² devitaretur, jam anno 1943 protulerat¹³³, cum rationem verborum novandorum adumbraret.

125 Cf. PAL.LAT. n. 171: 30 (1960) 155-161; cf. ibidem p.154sq.,161-168: Parvum lexicon de tabaco (P.MIR). VIT.LAT. n. 25 (Sept. 1965), p. 10-18: Nonnulla verba quae ad tabacum referuntur (MIR). -

126 Cf. ThLL III 1867,3545: (commentum) *s p e c i a t i m ... i. q. s c r i p t u m, liber; oratio*.

127 Cf. VIT. LAT. n. 10 (Mai 1960), p.7-14: Quibus de rebus Germani sermocinentur.

128 Cf. C1C.epist. 4,13,1 consuetudinem epistularum (ThLL IV 554,46).

129 Cf. PAL.LAT. n. 171: 30 (1960) 155, *circa mediam paginam*. -

130 Josephus Jiménez Delgado, professor reverendus.

131 Cf. acta conventus Lugdunensis, p. 137. Textus ibi typis descriptus paulum differt a verbis in taeniam sonigeram receptis. — Cf. PAL.LAT. n. 151: 25 (1955) 145 - Ubi voluntas, ibi, cogito, etiam via. Collatis viribus attingemus metam nobilissimam.

132 Cf. ThLL II 268,59-62. -

133 Cf. RVFIN. apol. adv. Hier. 1,30,20 (CChL 20,65) sub aliena persona suam sententiam proferunt. — CONC. Arel. I (a. 314) pr. 19 (CChL 148,4) quia in eos severior fuisset sententia prolata.

Etenim ait: «Equidem semper teneo nomina tantum novanda esse, si antiquum vocabulum non suppetat. Scilicet hoc tantum tum accidit, quando res ipsa, quae nominanda est, antiquis ignota fuit. In ceteris casibus novas voces fingere meo humili iudicio est confusionis Babelicae inferre causam. Quod deus optimus maximus averruncet! Ejusmodi enim novationibus motui neolatino non afferimus momenta nova, immo vero ejus cursum praecludimus et ultro irrisioni sumus eis, qui a nostra re alieni sunt. Si vero antiqua nomina praesto non sunt, latinae linguae defectum expleat Graecorum ubertas, opulentur sermones romanici, qui veteris Romanorum linguae quasi vicarii sunt et successores¹³⁴».

Post annum autem 1960 officiis negotiisque plurimis districtus impediabatur, quominus latine commentaretur. Sed ejus epistula gratulatoria, qua *Josepho Mariae Mir Tristany* quinque lustra sacerdotii suscepti completa celebranti sensus animi significavit, cunctis documento est, quanta teneritate mentis alios observaverit. Nam ibi cum alia tum haec scribit: «Libet honoribus prosequi et colere modestum sacerdotem, quem primum quidem vereri didici acerrimum latinitatis propugnatorem. Attamen non virum linguae latinae studiosissimum hodie in aliquo numero gestio, sed sacerdoti placido i.e. homini, quem num en ipsum divinum peculiari quodam afflatu et instinctu ad magnum ministerium vocavit, ut Christi exemplum exprimens quodam modo fieret hostia pro hominum peccatis, huic igitur officium debitum pio memorique animo facere cupio simulque Deo Opt. Max. gratias agere pro omnibus beneficiis, quae Ille sacerdotali tua opera usus per XXV annos periculi plenos operatus est. Magna sane res atque digna quae decore et graviter celebretur.»¹³⁵ His verbis religiosis series scriptionum scriptiuncularumque in commentariis PALAESTRAE LATINAE divulgatarum finitur. Tamen ille, qui in scholis permultos pueros adulescentesque linguam latinam singulari gravitate peritiaque paedagogatus¹³⁶ docebat, summo studio suam scientiam dilatare porrexit et non raro res rogatus cum aliis consilia consulta commodaque communicare¹³⁷. Quo factum est, ut novos quoque commentarios illos periodicos, quibus VOX LATINA index est, laudibus et symbolis¹³⁸ confoveret. Condidit

134 SOC. LAT. 11 (1943) 30 sq.

135 PAL.LAT. n.175-176: 31 (1961) 189 (sq.).

136 Cf. TERT.adv.Val.13,1,11 (CChL 2,764) Continet hic igitur ordo primus ...Christi et Spiritus Sancti paedagogatum.

137 Cf. VIT. LAT. n. 22 (m.Julio 1964), p.111, adm.60. CL commentariolorum meorum adnotationes ibi et alibi deinceps vulgatorum. Cf. EICHENSEER: *De lacu Brigantino congelato*, Constantiae [Konstanz] anno 1965, p.108 (index hominum commemoratorum). Nonnulla nomina ibi usurpata mihi telephonice interrogatus indicavit (7 XII 1964).

138 Cf. LATINIT. 13 (1965) 122-126: De vocabulo *symbolae* (Eichenseer).

enim sive solus sive sociato labore duos indices, quorum alter constat vocabulis rei vehiculariae, alter verbis rei cursualis¹³⁹. Qui quidem jam morbo letali correptus etiam illum *Cappellani* libellum, quem dudum exspectaverat, recensuit et dilaudavit¹⁴⁰. Idem ultimis annis animo suspenso consultationes concilii Vaticani secundi (1962-1965) persecutus litteras encyclicas Summi Pontificis Romani sedulo perlegebat aliaque scripta in actis apostolicae sedis vulgata. Multum autem sacram lītūrgiām innovandam condicionibusque populorum magis aptandam usque ad extremum¹⁴¹ curabat. Tamen hujus rei novamina¹⁴² temptaminaque quaedam antiquae traditioni venerabili parum consona continenter insolabili¹⁴³ pectore conquestus est¹⁴⁴.

His curis communibus similibusque sollicitudinibus affectus morbique marcore confectus is lumina clausit, qui sua probitate diligentiaque cunctos benevolentia non mediocri prosequeretur, collegas collegialiter colebat, juniores more paterno diligebat, discipulos numero

139 Cf. VOC.LAT. n.1 (m.Jul.1965), p.57-60: Vehicula (naves, tramina, autocineta, aëroplana). n. 3 (= 1966/1, m. Jan.), p.62 sq.: Res tabellaria (cursus publicus, telephonum, telegraphum).

140 Cf. VOC. LAT. 1966/1, p. 77 et 65 (*per errorem ibi paginae 65a et 78a inter se permutatae sunt*).

141 Cf. CIC.Rab.Post.5. Phil.2,75 usque ad extremum (ThLL V 2 2006,34sq.: [extremum] sensu temporali).

142 Cf. TERT.adv.Marc.1,20,4,17 (CChL 1,461) renovate vobis novamen novum (VVLG. novate vobis novale). 4,1,6,14 (p. 546). 4,11,9,21 (p. 567) novate vobis novamen novum.

143 Cf. ThLL VII 1 1928,52-54.

144 Certe maximopere gavisus esset, si legisset, quae nuper in ephemeride Rottenburgensi catholicorum divulgata sunt. Ibi quidam scripsit haec (*die 16 m. Jan. a.1966, p.14*): «Caveant episcopi, etiam Tu, reverentissimus episcopus Rottenburgensis, ne quid detrimenti capiat sancta ecclesia Dei!» P.S. (= *postscriptum*): Oratio mea privata est: «Redde nobis, Domine, canticum Gregorianum et linguam latinam !». Cf. ephemeridem Mercurii Rhenani (i. e. Rheinischer Merkur [feria sexta, die 4 m. Febr. 1966, p.16]): Laurentius Weinrich, professor liberae studiorum Universitatis Berolinensis: De motu quodam laicorum linguam latinam defendentium (*Eine Laienbewegung für Latein*). Cf. ecclesiasticum ministerium speciale nuntiorum perferendorum (i.e. *Kirchliche Nachrichtenagentur, Sonderdienst*), n.34 (feria quarta, die 28 m.Julii a.1965), p.1: De societate quadam ex VNA VOCE nuncupata. Cf. paginas Algoicas nuntiorum (i.e. Allgäuer Anzeigebblatt), ann.106 / n.173 (feria VI, die 30 m. Julii a.1965): De sermone latino in missa commode servando («*Una Voce*» für Latein in der Messe). Cf. acta diurna populi Badensis (i.e. *Badische Volkszeitung*) n.31 (anni 1966), die 8 m. Febr. 1966: De liturgia Gregoriana salutariter servanda (*Die Gregorianische Liturgie erhalten*). Ibi viri quidam artificesque celeberrimi Paulo VI, Summo Pontifici Romano, preces obtulisse nuntiantur, quibus de liturgia Gregoriana eademque Latina saltem condicionibus quibusdam necessario servanda rogabatur.

mille octingentos caritate complectebatur et amanuensem¹⁴⁵ et feminas purgatrices et atriensem¹⁴⁶ et fornacatorem¹⁴⁷. Nam postremo principabatur tribus scholis Saraludovicensibus, gymnasio humanistico¹⁴⁸ circiter quingentorum discipulorum, gymnasio reali nongentorum fere discipulorum, denique gymnasio postelementario¹⁴⁹, ut ita dicam, aliquorum quadringentorum discipulorum. Idem spebus contra spem¹⁵⁰ conceptis ratione vitae verbisque doctrinae persuasionis prospicientiae praeparavit viam¹⁵¹ multimodis monstratam, quam ingressi perpetuoque progressi cum omnium salute renovaremus usum linguae latinae multipliciter temporum necessitatibus condicionibusque commendatum mirabiliterque cum bonis pacis progressionis religionisque conjunctum¹⁵².

P. Caelestis Eichenseer, O. S. B.

Ex Archiabbatia Ottiliensi in Germania
(*St. Ottilien*, Postf. 8917).



145 amanuēnsis m. et: ThLL I 1812,58-71. — *Sekretärin*.

146 ThLL II 1099,65 sqq.: atriēnsis — *Hausmeister*.

147 Cf. ThLL VI 1 1117,84 sqq.: fornācātor, -ōris m. — cf. ibidem: 1117,80-83 fornācārius, -a, -um. — *Heizer*.

148 Cf. *Pontificium Institutum Altioris Latinitatis*, Romae 1964, p.32: Litterae Latinae humanisticae; cf. pp.38sq., p.41sq.

149 Hoc nomine id gymnasium cursus sexennis dixi, quod, cum ludum litterarium sequatur, fortasse convenienter appellatur *subsequum* sive *secutorium*, quod supra (cf. adn.53) cognominavi 'impositicium'. Gymnasium vero cursū non abbreviati novem annorum est.

150 Cf. VVLG. Rom.4,18 qui (*Abraham*) contra spem in spem credit. — Cf. LIV. 9,23,17 cetera contra spem salva invenit. PLIN. paneg. 27,1 in spem.

151 Cf. VVLG. M al. 3-1 et praeparabit viam.

152 Denique meum est officium, cui libentissimo animo satisfacio, Mariannae Holzer, quae maritum amissum ineffabili maerore deplorat speque superna reperiendum exspectat, gratias agere maximas, quod in vitae descriptae disquirendis temporibus numquam non libens me adjuvit, et Rudolfo Schmitt, studiorum consiliario Saraludovicensi, gratiam referre multam, quod locos ALMAE ROMAE locosque PALAESTRAE LATINAE (usque ad annum 1955 completum) collegit mihi benigne commodatos.

IN MEMORIAM JOSEPHI HOLZERII EPISTULA

Jos. M. Mir, C. M. F., Patri Rev. Mariano Molinae, Moderatori et sociis *Palaestrae Latinae* sal. et pac. in Dno.

Non dubito quin meas exspectes litteras et scripta quae ad desideratum nobis Rectorem Saraludovicensem *Jos. Holzerium* referantur.

Tamen, quae *P. Caelestis* copiosa et luculenta oratione scripsit, jam pridem ad te misi; ac nuper eundem rogavi Patrem amicumque diligentissimum ut, si quam ab uxore *Josephi* assequi posset photographiam, ad te mitteret quae in *Palaestra Latina* vulgaretur.

Cum autem *P. Caelestis* vitae Holzerii contexuerit summam atque nostrae mutuae voluntatis — cum Holzerio dico— nostrique communis studii in lingua latina excolenda totum aperuerit curriculum, pauca in praesentia mihi restant quae addam, praesertim cum et aliis distinear scholasticis occupationibus et, quae de caro amico sentiam, contracta oratione ad eundem *P. Caelestem* rettulerim iis epistulis quas, si tibi ita visum fuerit, Commentariorum sociis legendas praebere poteris.

Quae tamen ibi scripsi, ut paucis compleam, de ejus in Deum pio, in liberos amanti, in alumnos sollicito, in nos semper benevolo animo, recolant, quaeso, nobiscum lectores primas ad nos missas epistulas quibus gaudium laetitiamque expromit quam expertus est cum *Palaestram Latinam* primum in manibus habuit eamque libentissimo legit animo — sua ipsius oratione latina legant, quo et exemplum novae latinitatis fruentur—.

«Jam accipe, qua ratione tres fasciculi PALAESTRAE LATINAE mihi redditi sint. Sedeo in officio gymnasii ad mensam scriptoriam officialibus litteris nomen subscribens, ut ad diem certam destinatum attingant. Subito sonat telephonium. Admoveo auditoriam concham auri. «Adsum director gymnasii. Quis adest?», interrogo telephonium.—«Celeriter, celeriter huc ades! Advenit una aliqua te salutatura ex terra longinqua». Nuntiavit uxor mea scite dilecta. Repono in furcula vocis receptorem. Statim magnis passibus peto habitationem privatam in eodem gymnasii aedificio sitam. Gravibus defixus in cogitationibus propero ad penates, plane incertus, quae me visura sit femina, sed animo praesagiens magnum aliquid mihi accidisse. Sic intro vestibulum. Coram adstat mea uxor cavillantis more subridens manibus post tergum replicatis. «Quis advenit?», interrogo. —«Tibi ostendo et offero, inquit..., PALAESTRAM LATINAM». Arri

pio, agito manibus thesaurum, depono corporis mei pondus in cathedra molli, quae in vestibulo posita est. «Gratia superis!». Nihil ultra profero, jam totus in nominibus et moderatoris et administratoris interpretandis. Percurro oculis, quae typis mandavisti nov. decembrique anni praeteriti, perlego, quae jan. februarioque atque martio et aprili excudenda curavisti. Atque raptus lectione PALAESTRAE LATINAE non sensi fumisugium —scito me fumandi cupidissimum esse — tabaco consumpto jam diu friguisset, id quod mihi raro accidit. Sed est indicium meum animum ephemeride, cui moderaris, jucunda captum in altero versatum esse veluti mundo. Hora circumacta pedem in officium gymnasii rettuli animo elato et hilari mea munia directoris post festivam intercapedinem toleraturus» (PAL. LAT., 21 (1951) 75-76.

Qua vero sollicitudine situm sedis nostrae Barbastrensis investigaverit, ibidem ita enarrat: «Post meridiem studium PALAESTRAE LATINAE tuae scholasticis laboribus intermissum revocavi. Primum determinavi situm Barbastri. Consulta Claudii Ptolemaei Geographia lib. II, c. 6, p. 67 inveni Barbastrum esse idem, quod Bergidum ... Positum esse ad laevam ripam Veri fluvii, qui in Cingam flumen incidit. Situ sedis tuae veluti expiscato accuratiori lectioni fasciculorum, quos benigne misisti, maxima diligentia incubui, et animum praeprimis in dicendi genus, quo in concinanda ephemeride usus es, intendi. Ingenio in laetitiam vocato ingenue meum de PALAESTRA LATINA iudicium sic pronuntio: Omne punctum tulisti, qui miscueris utile dulci. Latinitas pura, facile fluens, volubilis, auream inter extrema persequens mediocritatem, cum iudicio adhibita. Laudo, laudo tuam sollertiam. Macte virtute tua! Id unum doleo, quod non inde ab illustri tua ephemeride condita ilico tecum, doctissime vir, rationes conserui et hoc demum anno viam ad PALAESTRAM LATINAM nactus sum. Ne quaeramus de praeteritis! Laetemur de iis, quae auspiciato data sunt nobis praesentia».

Deinde — in alia epistula, cfr. PAL.LAT., 21 (1951) 91— et «dulcissimae pacis cogitationes effulgere» vehementer optat et clarissimos e Germania aliisque e gentibus viros, qui toti in rem latinam incubuerant, memorat, et Societatem Latinam — naviculam tempestate jactatam — in tutum portum qui suscipiat regendam neminem reperiri luget [— paucis re vera post annis et Societas exstincta est et ejusdem Commentarii edi desiti sunt —], cumque tunc nondum Latinitas prodierat Vaticana, maerens conqueritur: «Morte illorum doctorum maxima illata damna sunt rei latinae. Et quod pessimum est perpauca inveniuntur, qui illorum vestigiis insistentes pro latinitate his temporibus adaptanda et restauranda propugnare parati sint. Videor mihi interdum stare in nave, quae jam jam mergatur fluctibus tempestatis. Attamen quam vis parva manus simus, artius conserentes latus lateri

omnem intendere debemus et volumus operam atque industriam, ut ex ruinis laetius reflorescat communis res nostra Latina. Omnem spem pono in vobis Hispanis et in vestra illustri scriptura periodica».

Postea de multis investigat et interrogat novis verbis, de quibus et cum *P. Avenario* et mecum libenter egit (cfr. PAL. LAT., Ibid., p. 91, 111, 133 sqq.). In hac vero provincia —de renovando lexico latino — tota sua aetate indefessus exstitit verborum conquisitor et fabricator; cujus sententia plerumque cum nostra consentiebat nisi quod inter dum in quibusdam novandis audacior fuit, ut cum in Societate Latina nomina de Gymnicis proposuit adhibenda (cfr. SOC. LAT., 6 (1938) 19-24), in quibus tamen multa sunt optime excogitata.

In is aliisque quam plurimis locis ac de lexico disputationibus, ejus sagax, impigrum veloxque ingenium apparet atque aperitur et maxima illa quam de lexico classico et posteriore cognitionem et scientiam habebat, suoque labore linguam latinam ad nova parienda vocabula —cum opus est et prudenter sollerterque fit—, nostra adhuc aetate instructum paratumque esse confirmatur. Qua vero ornatus erat scientia et rerum notitia, de iis quae nos parum callebamus —ut de tabaco— nonnumquam peramice admonuit atque nostra emendavit. Taedium legentibus afferre nolo, sed ut in omnium nostrum mente perpetua maneat tanti viri memoria, pagellam prodam ab eo conscriptam, qua coronam semperfloriis contextam sibi ipse componat, quaeque suo funeri dicetur atque imponatur: «Exeunte mense Septembri, ineunte octobri —quo ipso die res facta esset, e memoria excidit— cum, postquam sacris adfui, paulisper ante domum deambulabam, subito coram adstitit tabellarius. Praeter epistulas tum officii cum amicorum foliumque diurnum tradit ille cursualem sarcinulam, pro qua portorii loco XXXV francos exegit. Jam e pittaciis cursoriis cognovi inesse PALAESTRAE LATINAE collectionem. Inde factum est, ut summulam illam perlibenter perpenderim. Neque porro mirum, quod pectore prominente laetus pedes domum rettuli. Studiorum autem ingressus zotheculam solvi funiculos, quibus cursualis fascis circumligatus erat. Qua re finita jam defixus eram in lectione. Legebam, atque legebam uno tenore PALAESTRAE LATINAE numeros inde a quinquagesimo tertio ad centesimum quartum. Nunc tandem praecipua saltem *Divi Antonii Clareti* vitae capita pergustavi animo piis affecto motibus. Frustra antea vitas pervolutavi sanctorum, quales in popelli christiani usum edi solent. Frustra in hac re adii theologos, frustra consultaveram Encyclopaediam Herderianam. Quae Herderianum lexicon Ecclesiasticum de Sto. Antonio habet, ea magis incohatam exhibent imaginem quam absolutam. Sed per PALAESTRAM vestram e caligine ignorantiae in lucem quandam respirare coepi. Nonne videtur nostro Pio XII praemonstrator fuisse in devo-

72 J. M. Mir, C. M. F.

tione immaculato Cordi Divae Matris exhibenda? Humano genere — eheu — afflicto aerumnis ac discordiis discisso immaculato Cordi Divae Mariae consecrato nonne rerum conclusus est circulus? O, mi Miri, attentae sunt mihi aures ad ejusmodi res, patet cor inquietum, ut paululum requiescat. Sed quandoquidem e fasciculis PALAESTRAE vestrae mihi exspectatissimis percepi vestrae missionalis Congregationis Patrem legiferum Divorum caelitem albo esse adscriptum atque ejusdem Congregationis ante viginti lustra conditae a vobis recte et jure acta esse sacra anniversaria, profecto meum quoque est debitum, etsi post festum venio, de his summi momenti rebus vobis congratulari. Floreat igitur vigeatque tanto opitulante in caelis patrono nuper ad altarium evecto fastigium coetus Claretianus in aevum. Id unum optandum est, ut spiritus ille, quo Divus vestrae Congregationis pater erat afflatus, vitam hujus aevi politicam, socialem, conjugalem, oeconomicam pervadat. O, quam brevi tempore permutatus erit universus et rerum et hominum habitus et animus. Tum reapse constitutus erit Christi in terris regnum: «regnum veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum justitiae, amoris et pacis» (praef. festi Christi regis)» (cfr. PAL. LAT., 22 (1952) 155). Quod ipse in terris degens tanto optavit desiderio et studio in superna nunc patria constitutus, sit ipse pius deprecator validusque apud Deum intercessor.

Roma, die 15 m. maji, anno 1966.

J o s e p h u s M . M i r , c . m . f .

In Instituto Altioris Latinitatis Professor

In Urbe Roma.



P. JOSEPHUS MARIA MIR
(1912-2000)



P. CAELESTIS EICHENSEER
(1924-2008)



HORATIUS ANTONIUS BOLOGNA

quid narret de vita carminibusque suis



HORATIVS ANTONIVS BOLOGNA (*1945)

HORATIUS ANTONIUS BOLOGNA

QUID NARRET DE VITA CARMINIBUSQUE SUIS

**in: Horati Antoni Bologna CARMINA LATINA. Vita poesi dicata. Viella 2022.
Prooemium p.1-9**

Magnum detrimentum de se loqui, de suis operibus omnium maximum, cum nullus paene sit vir, qui, incorrupto iudicio ductus, aequus videatur atque habeatur. Nihilominus, nonnullis hortantibus amicis, quorum fides sincera videtur et incorrupta, vel de operibus, quae magna cum cura comparavi, vel de vita mea, in qua praeter studium litterarumque Latinarum et Graecarum discendarum ac docendarum munus nihil unquam singulare feci, quod enarrari valeat, paucis absolvere conor. Si quis vero aut viribus imparibus, aut hoc molesto toleret animo, prooemium totum omittat et maiore quadam cum iucunditate ad carmina expeditiore pergat vestigio. Hoc tamen compertum habeat: cum necessariis careat notitiis, se omnia fere carmina, quae benevolo est lecturus animo, omnino comprehendere non posse, quia cum res, tum eventa animum ita commoverunt, ut abstinere me non potui, quin, calamo arrepto, quid praecipuis illis tempestatibus sentirem nulla interposita mora conscriberem. Fueritne Musa secunda, an frigida vel adversa, nescio. Quod, ut par est, ad lectoris pertinet iudicium.

1. *De vita mea*

Sum humillimo loco natus in oppidulo, quod, in Campania haud a Benevento longe situm, Pagus Veianus nuncupatur a.d. VI Id.Iun. a.MCMXLV. Complures autem per annos, quamvis parentes necessaria tantum compararent et vitam pro salute mea profundere non dubitarent, pauper fui et indigens. Quod mihi, cum multa atque imperitura docuerit, magnae laudi videtur.

Ceterum altero bello pancosmio confecto, in multis inferioris Italiae locis magna fuit egestas et mendicitas; sed complures, in quibus parentes, taciti vitam egerunt in agris, quoniam, ut dicere solebant, animo probro non erat honesta paupertas. Omnibus carentibus rebus, illi quidem anni mihi felicissimi fuerunt: parentes enim aliter ac innumeri alii paulo nobis ditiores putarent, me pastorem unquam esse noluerunt. Illa enim aetate omnes agricolae, qui studium et doctrinam non solum inutilia, verum aerumnosa etiam et maxima detrimenta ducebant, filios tenera adhuc aetate cogebant, ut pecudes et capras vel in agris, vel in fluminis ripis, vel in viis custodirent. Ideo haud raro ex agris rediens meis ipsius oculis cum pueros, tum puellas ad gallos Indicos vel anseres attendentes vidi. Qui miseri vel nono vel decimo ineunte aetatis anno terram cum parentibus fodere incipiebant. Pastinum vero, cum minus ponderosum esset, pueris tamen magno erat detrimento, quia manus sanguinem fundebant et terga ob nimium laborem dolebant et deformiora in dies fiebant.

Qui labori operam dare nolebat vel tardior erat, alapis et verberibus inhumane percutiebatur, ieiunus humi cubare cogebatur: nam temporibus illis animalia domestica vitam pueris commodiorem agebant.

Pater contra, quamquam in extrema vivebat egestate, salutem meam continuo consulens, me tanto absumi supplicio noluit; immo, matre dubitante, me ad altiora constituit. «Tu numquam pastor eris, nullius terram umquam fodies. Nemini diuturnum opus praestabis et nullus dives, fuste ornatus, te mercede, me vivo, conducet. Omnia incommoda tolerabo, donec tu, studiis perfectis, artibus liberalibus orneris et magnis afficiaris laudibus: commodiorem vitam te frui cupio et omnia faciam, ut hoc verum fiat».

Cum autem ad illam pervenissem aetatem, qua pueri prima elementa discere solebant, a patre sum ad ludum publicum deductus, ad optimam quamque magistram, ut, quoad possem et liceret, brevi plurima discerem. In auditorio vero multi erant pueri optimo genere orti, quibus magistra non solum potiorem designaverat locum, sed maximum etiam et officium et studium praebebat. Nam non artium liberalium magistra, sed potius ditiorum serva videbatur et ministra. In nobiles liberalis, plagosa in humiles pueros, eosdemque rudes, fuit.

Nos contra, humili loco orti et maior discipulorum pars, omnino neglecti et contempti, otio litigiis lusus frustra tempora matutina conterebamus. Nobis immoderatis et iurgiosis non verbis, sed ferula silentium indicebat. Cum autem parentes compertum haberent filios minimi haberi eosdemque nihil discere, cum libri et calami in theca tota die manerent, spe decepti, natos ad pecudes custodiendas mittere malebant.

Fortuna contra mihi secundior fuit, quia mater, patre paulo doctior, vespertino cibo sumpto tenuique lucerna admota, me illa docebat elementa, quae magistra minime tradenda curabat. Brevi expeditius libri paginam legi eandemque transcribere et memoriae ita mandare valui, ut matrem ipsam perpauca post mensibus superaverim. Mater enim, acerrimo praedita ingenio, duos tantum annos ad ludum publicum ventitavit, quia patre immature mortuo et difficultatibus prementibus, nonnumquam nata, in alicuius divitis famulatu complures annos fuit. Pater contra, longe ab oppidulo natus, ruri vitam degit, oves custodivit, agros coluit, numquam pedem in ludo posuit. Ideo nec legere, nec scribere valebat.

Sed altero bello pancosmio exorto, pater, undevicesimum annum agens, una cum multis eiusdem oppiduli aequalibus est conscriptus et in Africam missus. Ibi, ne litterarum rudes ignarique otio tabescerent neu inter se rixarentur, ad prima elementa sunt ediscenda coacti. Exinde et legere et scribere valuit. Inter scholas magistri, quo milites attentiores facerent et Romani imperii laudatores commemorarent, sive de Vergilio, sive de Horatio sunt semel atque iterum locuti. Horati nomen ita patri placuit, ut cuidam amico in eodem secum oppidulo nato dixerit: «Si mihi umquam filius fuerit, Horati nomen imponam». «Ipse» ait amicus, «si incolumis domum pervenero et filium genuero, nomen ei Vergilio erit. Vergili nomen, mea sententia, Horatio dulcius ac iucundius videtur». Mihi tamen nato pater, ut illis temporibus mos

fuit, Antonium alterum imposuit nomen, quoniam sum in lucem susceptus inter sacrum novendiale, Divo Antonio Patavino dicatum.

Cum autem puer elementarius essem, pater nullam umquam praetermisit occasionem, quin de praeclaris viris mecum loqueretur. Quorum coepta mihi puero mira et vera videbantur; sed tempore procedente, omnia fere ficta paene perspexi. Quibus quidem notitiis pater me non doctum, sed tam curiosum fecit, ut tota vita sim semper aliquid novi discere conatus. Immo, domum e schola reversus, ne puerilibus ludis vacarem et mala discerem, omnibus diebus cogebam, ut carmen Italicum memoriae mandarem. Si non fecissem, alapis acceptis, ieiunum me cubitum mittere solebat; sed, cena confecta, domo egrediebatur, ut mater mihi cibum clam adferret. Quod perraro accidit, quia alapis et ieiuniis invitus carmina malui.

Cuidam quidem amico tantam severitatem obiurganti pater dixit: «Quod ei tantum utilitati facio. Doleo, sed mihi ita est agendum, si nato reapse prodesse cupio. Quod apud Anglos, ut captivus in Africa audivi, fieri plerumque solet. Quorum filii nunc praeclari sunt viri. Et filius meus, ut meis est in votis, tantam scholam secutus, clarus fiet vir, nisi aerumnosis vacet commerciis».

Saepissime ex agris redeuntes, me his exhortari verbis solebat: «Honestus semper sis. Te nunc iubeo, ut honesta et aequa sequaris. Nullus est honesto viro aut melior, aut nobilior, aut mirabilior. Me omnes honestum habent, ut nullus pecuniam mihi credendam deneget, quia nullo torquetur dubio, quin ipse pecuniam quam primum reddam, credita solvam. Nullum umquam furtum feci, quamvis paupertate premerer». Mihi quaerenti, quid honestum sit, «Ipse», repetere solebat, «cum rudis sim et indoctus, quia pater me in ludum mittere noluit, quid sit honestum, nescio. Sed professores, quos profecto, studiis progredientibus, audies, quid honestum sit et cur homo honesta semper colere debeat, te docebunt».

Ludo litterario confecto, pater statuit, ut studia prosecuturus Beneventum contenderem. Ibi tres post annos, cum gymnasium frequentarem, exeunte mense Octobri, in senem quemdam fortuito incidi, qui, lexicum Graecum cum vidisset, graviore voce dixit: «Tu gymnasii alumnus es. Te hortor, ut auctores vel Latinos, vel Graecos magna cum assiduitate legas eosdemque memoriae mandes. Quod, ni fallor, tibi aliquando utilitati erit. Ipse XL circiter annos litteras Latinas et Graecas docui. Discipulos omnes cogebam, ut omnibus diebus quosdam auctorum locos in Italicum sermonem verterent eosdemque memoriae mandarent. Quorum alii clari sunt litterarum antiquarum professores, alii praeclari medici, alii denique celebrati vel iudices, vel causidici foro exercitati. Tu vero quosdam aut Vergilianos, aut Ovidianos locos praeteritis annis profecto legisti. Tu quoque, haud secus ac illi, versus Latinos contexere poteris, dummodo velis. Initia difficilia erunt, quia tibi multae sunt difficultates superandae et res metrica praesertim ediscenda. Et ipse, Catulli et Horati exemplum secutus, multa carmina Latina panxi, quae rei periti magni faciunt. Si id ipse valui, tu quoque, qui es ingenio praeditus, carmina Latina contexere poteris, dummodo velis et incommoda tolere».

«Quos auctores mihi legendos putas?», aegre sum dicere conatus. «Patri necessaria deest pecunia, qua libros illos emere possim».

Quibus auditis, nullo temporis puncto interposito, me domum duxit et Vergili, Horati Ovidiique opera una cum de re metrica libentissimo animo donavit libello. Quibus acceptis, tam laetus sum in oppidulum reversus, ut parentes ex me quisnam tam multos libros, eosdemque qui magno starent, donasset et quaenam verba dixisset, mirabundi quaesierunt et audierunt.

Exinde in Latinos auctores et in rem metricam praesertim, quae, necessariis carentibus subsidiis, difficillima videbatur, tanta incubui alacritate, ut Latine mecum loqui et primos, eosdemque inconditos, versus haud invitus exarare coeperim.

2. *Prima experimenta*

Quamvis multos versus legissem et multa saepius poetice fingerem, tamen cum calamum acciperem, ut hexametrum vel hendecasyllabum Sapphicum, mihi falso facilius putatum, contexerem, omnia dicto citius ex animo fugiebant: calamus enim iners, mens inanis, animus repente mutus fiebat. Mihi ipse suscensebam. Ideo, reiecto calamo et charta perfracta, vel ad Vergili, vel ad Ovidi, vel ad Horati versus animum et mentem denuo vertebam. Sed Musa, paucis post mensibus, tandem advenit et ex illo tempore, ut videtur, numquam a latere meo discessit, ut cum Ovidio dicere possim: *quod temptabam scribere versus erat*.

Nam, ineunte mense Decembri, cum Lyceum petiturus essem, professoris filia, Rosalina nomine, ante patris oculos est raeda automataria necata. Necopinatus et tam luctuosus casus, ut par fuit, omnium discipulorum animos ita turbavit, ut abstinere se non potuerint, quin lacrimas effunderent.

Cum autem domum essem contristatus reversus, diu ob dirum puellae casum flevi. Lacrimis fluentibus, quosdam versus Sapphicos, quos sum infra transcripturus, in mente resonantes audivi:

*Montium ridens, Rosalina, murmur
dulce te clamat, soboles divina.
Te Deus fecit rapuitque fatum
funere acerbo.*

Quos versus, qualescumque sunt, tanta panxi facilitate, ut sim ipse miratus eosdemque mollem et mirum ob numerum diutius adhibere maluerim. Eosdem mecum diu custodivi, donec aliquot post diebus animo suspensio manumque incerta professori ad animum solandum tradidi. Qui, discipulis omnibus tacentibus, secum lacrimis ex oculis cadentibus semel iterumque legit. Tremebundus una cum aequalibus silens exspectabam et timebam, ne innumera ob menda obiurgarer, quia tum severi professores erant. Lacrimis tandem deterisis, voce incerta dixit: «Pulcherrimos versus, Horati, scripsisti. Tam dulces mihi patri videntur, ut a lacrimis temperare nequeam. Strophen tamen, cum admodum iuvenis sis et imperitus, tantum vitiat mendum: *divina* enim priorem *i*, quam tu brevem putas, natura productam praebet. Nihilo minus in natae sepulcro eos incidendos curabo. Tibi gratias ago».



Cum autem de Livio Andronico doctum et luculentum sermonem habuisset, ad portam stans me vocavit et incredulus quis mihi in versibus exarandis auxilio fuisset quaesivit. «Inter lacrimas unus ipse scripsi», dixi. «Mensibus praeteritis aliquem hexametrum sum frustra contexere conatus. Hanc strophen ex abrupto panxi. Mendosam illam scio, quia me imperitum duco». «Cum multum legeris», ait professor, «cum multum scripseris, haud incomptos versus facies, sed Deus te miro poseos dono non ditavit. Optimum tamen exercitium praebere poteris, si quem invenias, qui ineptias tuas legere cupiat». Quibus prolatis abiit. Quod invidia captus dixerit, an exhortandi causa, nescio. Mihi vero exploratissimum fuit professorem se severissimum semper praebuisse.

Cum autem ad locum animo aliquantum contristatus revertissem, singultus et lacrimas reprimens, meliora atque emendatiora carmina me conditurum silens iuravi. Versus illi tamen in Rosalinae sepulcro fuerunt, donec ossibus puellae in alterum locum translatis lapis marmoreus fractus fuit. Cum illam strophen confeci, septimum decimum annum agebam.

Domum reversus, pater ex me cur tristis essem quaesivit et, omnibus auditis, inquit: «Doleo, sed haec quoque vita praebet. Animo fortis sis oportet. Posthac multae clades tibi subeundae, sed omnes quam primum superandae. Hoc tamen scito: professorem optimum esse et ita locutum, ut tibi tantum prodesset. Studeas oportet, si professoris laudes adipisci vis».

Promissa servavi et ita sum patris praecepta secutus, ut complura carmina, puellis plerumque dicata, eodem systemate exarare non dubitaverim. Quanti illae carmina fecerint, nescio, sed pro certo habeo carmen aliquod, cuidam Emmae dicatum, multis esse laudibus affectum. Nam inter diei natalis cenam a puella lectum, omnes plaudentes petiverunt, quo illud iterum elatiore voce recitaret. Inter hospites lycei quoque praeses fuit, qui, cum peritissimus litterarum Latinarum et Graecarum esset professor, quisnam carmen exarasset a puella quaesivit. «Condiscipulus meus est», dixit et chartam praesidi tradidit. Qui, insequenti die, in classem venit et carmine coram omnibus recitato et explanato, me quibusdam laudibus affecit. Ipse aderat professor, qui mihi gratulatus, dixit: «Omnium diligentissimus est». Praeses contra abiens dixit: «Crastina die, ad me veni. Tecum de praecipuis rebus loqui cupio».



Puellae mater insuper, quae in alio lyceo litteras Graecas et Latinas docebat, filiam iussit, ut me, schola finita, quam primum domum duceret, dicens se adolescentem illum, qui filiae laudandae causa scripsisset, cognoscere velle.

Insequenti autem die in praesidis sedem, ut iussus eram, tremebundus contendi. Qui, mihi obviam veniens, inquit: «Sedeas, quaeso, et aliquantulum exspecta, quo maiore cum tranquillitate loqui possimus. Hesterno die, uti scis, quidam lycei mei alumnus, qua de causa nescio, aequalem cultro vulneravit. Istum a lyceo expellam oportet. Quid rudis diurnarius in actis scripserit, ipse legas, quaeso». Quibus prolatis, ira incensus exiit. «Pessimum diem mihi fatum dedit», mecum dixi.

Cum autem multo post reversus, contra me sedens, praeses concitatus dixit: «Lycei vigil quoque sim oportet. Tam multos annos in litteras antiquas incubui, ut lycei custos et vigil essem!» Paulo post tranquilliore voce, addit: «Hesterno die multum de te nec non de carminibus tuis cum professore tuo locutus sum. Neapoli rem metricam optimus professor docet. Amicus meus est, quocum sum hesterno die locutus. Te libentissimo animo tam praecipuam disciplinam docebit. Neapolim quater vel quinques in menses mea impensa contendes. Te, cum tanto sis dono praeditus, non alumni, sed filii loco habeo. Primum ipse te, amici salutandi causa, comitabor. Nunc tranquillus in classem reverti potes».

Quibus auditis obstupefactus fui, vix vera praesidis verba mihi incredulo videbantur. Sed aliquot post dies praeses in classem venit et me Neapolim duxit. Doctissimo professore magna cum diligentia audito, brevi rei metricae sum aliquanto peritior factus. Tantis viris, quos adhuc grato animo memoro, numquam mihi satis gratiarum erit.

Litterarum antiquarum studiis perfectus et in doctorum numero recensito, sum quadraginta per annos professoris munere functus, donec rude donatus a tanto officio quiescere potui. Huc accedit ut Romae multos per annos apud Universitatem Pontificiam Salesianam Litteras Latinas nec non Rem metricam cum Graecam tum Latinam docerem. Cum tanta munera perficerem, numquam a Latina poesi, quae nunc senectutem laetificat, discessi.

3. *De carminibus*

Quamvis me numquam poetam Latinum duxissem, magno cum amore et studio sum Musarum vestigia semper secutus, quia mihi in rebus adversis aegritudinum levationi fuerunt. Sed illis annis, quibus sum in universitate Neapolitana versatus, cum in altiora, eademque difficiliora, studia mihi incumbendum esset, Musas in praecipuo animi loco parumper ita seposui, ut nullum fere carmen conscripserim. Nam omnibus animi remissionibus amissis, doctoris gradum sum quam primum adipisci conatus, quoniam parentibus tanta non erat pecunia, quo apud universitatem diutius morarer.

Cum autem essem litterarum antiquarum doctoris gradis adeptus, Romam ad philologiae studium prosequendum contendi. Quam nactus occasionem, libentissimo animo ex oppidulo fugi: nam, civium invidia et malevolentia vitata, litteras antiquas apud lyceum Romanum docere cupiebam. In tanta ac tam clara urbe mihi haud paucae difficultates superandae fuerunt: sed, uxore ducta, incommoda sensim minuere coeperunt, quamvis difficultate nummaria premerer. Ideo longo post silentio, anno MCMLXXVIII ad Camenas Latinas suspenso gradu sum reverti conatus; sed haud facile fuit coeptum, quia exercitio intermisso, modorum versuumque harmoniam ac profluentiam penitus amiseram. Sed aliquantum temporis post Musae redierunt et, Catulli et Horati exemplum secutus, carmina contexere incepti. Interim parentes, cum pater octogesimum primum et mater octogesimum nonum ageret annum, citius amisi, quam ut rerum mearum felicitate gaudere possent. Ad utrumque honorandum, omnibus dissentientibus ac repugnantibus, hoc epigramma in sepulcro incidendum curavi:

HIC AVIDA MORS ATRA MANV TENET OSSA PARENTVM
 QVOS NATI FLENTES HOC POSVERE LOCO
 QVI FVERINT MALA QVAE TVLERINT QVAE VOLNERA FATI
 TAMMARVS ET SCOPVLI PRATA MISELLA DOCENT
 HOSPES SISTE PRECES FVNDAS PRECOR IPSE BENIGNVS
 MVNERIBVS DONET TE DEVS VNVS ABI

Quae inscriptio adhuc parentum ornat sepulcrum, quod est in oppiduli coemeterio situm.

Cum autem carmen aliquod conscripturus essem, illud Terentianum prae oculis habui: *homo sum, humani nihil a me alienum puto*. Ideo praeter amorem, qui potissimum obtinet locum, omnia fere aetatis nostrae eventa ita animum moverunt, ut me abstinere non potuerim, quin illa canerem. Fidei quoque mysteria sunt in omnibus carminum libris memorata, quia, quamvis me bonum Christi asseclam non putem, fidem tamen veram et incorruptam servo. Qua de causa nonnulla carmina sunt ad Summum Pontificem, ad episcopos, ad sacerdotes, ad Christum Redemptorem, ad Virginem Mariam dicata. Innumera rerum mira, quae puerilem animum aluerunt, principem semper obtinent locum. Ceterum, cum diutissime ruri asperam et difficilem vitam egissem et agricola fuissem, messes flaventes in collibus, vites in

planitie virentes, herbosae fluminis Tammari ripae odoribus, coloribus, quiete et serenitate animum multis ditaverunt donis, quae Romae moranti, mihi solacio fuerunt et sunt. Nam incorrupti agricolarum mores, dira paupertas, duri agrorum labores, hominum mulierumque probitas, pudicitia et patientia indolem serenam et tranquillam, ingenium in eorum mores formaverunt. Amor quoque, quem raro agricolae memorabant, in carminibus contexendis potissimum locum obtinet.

Tamen et in agricolis vitia, iurgia, homicidia et acerrimae fuerunt lites: haud raro enim ditior ideoque arrogantior vir in humiliores saeviebat, mulieribus et puellis praesertim stuprum impune afferebat. Quae omnia mala, ab omnibus pessima ducta, parentibus hortantibus, maxima cum cura vitavi et in magno semper odio habui.

Mihi autem Romae vias peragranti immundum obviam saepe venit spectaculum, quod numquam in oppidulo videram: multa enim scortilla admodum iuvenes, verecundia amissa, pudenda ostendebant et parvo pretio corpora advenis vulgabant. Quae in oppidulo deerant, sed nonnullae mulieres, maritis absentibus, Veneris deliciis frui non dubitabant et haud raro puella ante quam collocaretur furtivis gaudebat amoribus. Quae mulieres tum multis erant in ore et omnes, cum familiae damnum haberentur, ab honestis mulieribus vitabantur, digito demonstrabantur, asperrimis modis demovebantur et contemnebantur.

Quae quidem mulieres, cum prima conficerem carmina, animum ad pietatem ita moverunt, ut tam turpe commercium acerrimis damnarem verbis. Carminum insuper pars oras et delicias Alaxinas ostendunt: nam amoena loca ita ceperunt animum, ut miro et novo mentis ardore eadem semel iterumque celebrarem. Ceterum Alaxii, quae praeclara est in Liguria civitas, tam multis per annum exactis laboribus, brevi animum laxo, vires reficio, multis et miris mentem dito rebus.

Ipsa vero, cum numquam in soli natalis oblivionem venerim, tamen prae ceteris omnibus orbis urbibus Romam quam qui maxime diligo. Cuius montes, flumen et prata ita mentem continuo sollicitant, ut carmen aliquod condam.

Omnium autem carminum pars est deperdita, perpauca per aliquot commentarios vulgata, cetera nunc primum eduntur. Perpauca sunt carmina paulo longiora, quibus in Certamen cum Vaticanum, tum Capitolinum petitor et victor discessi. Nam Certamini Vaticano primum interfui a.MCMXCII et poematum, *Carminius* inscriptum et argenteo nomismate honestatum, versibus heroicis constat; sed a.MCMXCVI primum in Certamen quoque Capitolinum petitor discessi et carmen, *Silvia* inscriptum et Praemio Urbis exornatum, versus heroicis praebet.

Carmina, ut par est, non sunt temporibus divisa nec rerum serie digesta vel composita. Opus est totum in quinque libros divisum; in IV tamen libro duo sunt carmina, XXVII et XXX numero signata, quae nova praebent experimenta. De quibus in extrema voluminis pagina est luculentius actum.

4. *De re metrica et prosodica*

Cum autem Catullum et Horatium sum praesertim secutus, quorum normis, cum omnium sint longe clarissimi, sum semper obtemperare conatus. In carminibus

contexendis, quod potui, synaloephen vitavi, quam vero, cum altera non esset ratio, haud invitus adhibui, ut *tardo his* I,I,3 et in eodem carmine 11 *prima aetate; placidoque amore* I,III,132; *dulci ut* II,III,2; *fragorem ad* II,X,5 et aliis paucis in locis.

Nulla vero in versus finem feci, ut monosyllaba sint monosyllabis subiuncta. Eadem de causa cum tmesin, tum hypermetrum vitavi. Tres tantum versus in monosyllabum cadunt: I,III,134 *belligerumque fac*; I,III,326 *tueatur hunc*; III,XXXIII,2 *ampla fert*.

Ideo una cum *hexametro heroico*, scite *tetrametrum planum* vel *Alcmanium*, *tetrametrum catalectum* vel *Archilochium*, *dimetrum hypercatalectum* vel *hemiepes*, *dimetrum catalectum* vel *Adonium versum*, *senarium iambicum purum*, *trimetrum iambicum*, *trimetrum iambicum catalectum*, *dimetrum iambicum hypercatalectum* sive *versum enneasyllabum Alcaicum*, *dimetrum iambicum vel Archilochium*, *dimetrum trochaicum catalectum* sive *Euripideum*, *tripodia* sive *versum ithyphallicum*, *pherecrateum*, *Aristophaneum*, *hendecasyllabos Alcaicos* nec non *versum Asclepiadeum*, *Glyconeum*, *versum Alcaicum decasyllabum*, *versum Alcaicum hendecasyllabum*, *versum Sapphicum hendecasyllabum* sive *minorem versum Sapphicum* et *maiolem*, *versum Asclepiadeum*, *versum Asclepiadeum maiolem*, *versum elegiambum*, *versum iambelegum*, *versum Archilochium* adhibui. De carminum denique systematibus est in voluminis fine actum.

5. *Gratiarum actio*

Mihi hoc opus perficienti, quidquid est et qualecumque, magno mihi auxilio et hortationi fuit Manlius Sodi, qui Pontificiae Academiae Latinae sodalis, est omnia conatus, ut liber ederetur; Michael von Albrecht, qui Praefationem scripsit, plagulas acerrimo legit atque emendavit animo, beneficus semper erga me fuit et magnanimus.

Cuius consiliis sum semper libentissimo animo usus. Plurimas insuper et maximas gratias ago Ivano Dionigi, Pontificiae Academiae Latinitatis Praesidi ac Moderatori, et illis omnibus, qui Commentariis et libris edendis operam dant; illis pariter mulieribus et viris, qui mihi carminum pangendorum causas praebuerunt. Quibus deficientibus, nec carmina scripsissem eademque per folia digesta incondita iacerent.

Romae a.d. III Id. Quint. a.MMXXII p.Chr.n.

Horatius Antonius Bologna



**DE VITA OPERIBUSQUE SUIS
SCRIPSIT
HORATIUS ANTONIUS BOLOGNA**

**in: Horati Antoni Bologna CARMINA LATINA. Vita poesi dicata.
Viella 2022. Prooemium p.1-9**

AD LVCIVM AMICVM

CARMEN HORATII ANTONII BOLOGNA

Ad Lucium amicum

Mihi fuisti rebus in asperis
 prudens amicus, tristitiam levans,
 quae pectus illis hoc diebus
 vultibus innumeris premebat.

Citus venisti candidus angelus, 5
 libens tulisti comoda pectori,
 mi care tu dilecte Luci,
 corde petente levi quietem.

Nullumque nomen, nobile quod fuit 10
 multis honori conspicuis viris,
 fatum reliquit, cum moveret
 Tartareum laqueis furorem.

Libens timenti protinus exuli, 15
 pacem petenti longius aedibus,
 gratam quietem tu dedisti
 atque dapem validumque vinum.

Sedes amicum propter amicier,
 solaris unus pulvere sordido
 mortale cor diraque tectum
 tristitia, furiente Alecto. 20

Fatale mansit carmen in omnibus
 aetatis annis, pessima terruit
 irata quo pectus Megaera
 discipuli tenerum Camenae.

Fuere amico tempora tristia; 25
 fuere, Luci, vulnera spiritus
 duri, quibus manavit acer
 nocte cruor, trepidante corde.

Errare cuncti terrigenae solent, 30
 visis papillis, cruribus horridis,
 quae feminae praebent procaces,
 deliciis hominum fruentes.

Castae videntur, cum videant viri, vel rure capti, vel senibus leves; sese pudicas mentiuntur, cum detegant Veneris furores.	35
Pudore ficto lumina deprimunt, vultuque maesto decipiunt viros omnes, coartant crura, spectant quid cupiant homines habere.	40
Crurum coartant intima, cordibus praebent amorem, lintea candida nigrum nemus, forte resectum, corda virum miseranda captant.	
Praedam sequuntur numine lucidae, virique fortis perdere flammeo vires solent fragrante duras, dum Veneris properat voluptas.	45
Tegunt papillas? Dissimulant graves! At crura pandunt, quis homines trahunt silvam ad virentem noctibusve propter aquas fluvii sonantes.	50
Libens voluptas tunc homines agit quo tunc papillas vestibus exuit, quo crura nudat dira mente, damna parans miseris libenter.	55
Donis profusis, pergere callidae solent, molestae corda libidine captant repentes, quam volentes qui fugiant, nequeunt miselli	60
virum, fatigat quos Venus obsidem potens. Inultae sarta virentia praebent amicis nocte multis et niveos nemoris liquores.	
Moechae videntur nomine feminae factoque cunctae! Sola nitentior, quam legerit matrem benignus ipse Deus genito potenti.	65
Irantur omnes, cum nequeant frui bonis decori pectoribus viri; cor feminae plerumque falso decipitur reputatque verum.	70

Ferociores morsibus aspides, crudeliores dentibus Africae vastae leonis tigridisque, cum videant homines nefastos;	75
atrociores lumine Gorgonis, immaniores vulnere Persicae procul sagittae saepe missae sanguineo furiente bello,	80
moechae furentes prociunt graves, regente mentes daemone mobiles, iniurias contra ferentes sorte mala miserosque amantes.	
Semper nocentes mentibus acribus foedum fatigant ulcus amantium; solae videntur prole dignae candida quam genuit Diana.	85
Rebus severae stantibus arbitrae, quae corde fisae fallere nescias sese putant, ducunt malorum pectora muta fuisse fontem.	90
Manante fletu lumine supplici, verbis acerbis ut fluvius rapax moechae petunt acri furore quos teneros genuere matres.	95
Certe iuvantur sedula homunculis natura multos quos genuit libens rerum, putantur qui carere consilio lepidaque mente.	100
Istos amicos se celebrant, fidem certam revelant pectore perfido! Tu scis fidem servare, Luci: mi misero auxilio fuisti,	
premente dira pectore perfida moecha bilingui, consilio gravi; in gurgitem pellit nefandum invidia mulier furenti.	105
Secreta multis cordis amarior victus diebus multa latentia confessus intus, tu sacratus cuncta statim rabidae Megaerae	110

exposuisti. Quid Deus optimus
tibi, minister, consilii dedit?
Te proditorem fecit illa,
dulce sinus reagens tepentes! 115

Antrumne cepit, quod reserat libens?
imumne ventris, callida quod tegit?
an pectus illius Megaerae
te leviter voluit fidelem? 120

Reine stultum te pudeat? Nefas!
Verbisne amicum mellifluis levem
tu prodidisti? Num fovebat
illicitae Veneris voluptas?

Seni sepulcrum decrepito patet,
corpus quod atrum marmoreum vorat!
altum Redemptoris tribunal
nequitiam excruciet furentis! 125



***Laetê annuntiamus modo in lucem editum esse opus
Horatii Antonii Bologna novissimum:***

LATINA SIREN. Elegiae.Poemata.Epigrammata. (v.infra)

TOLLE LEGE HELLUARE !

Studien zur klassischen Philologie

Herausgegeben von Michael von Albrecht

Horati Antoni Bologna

Latina Siren

Elegiae - Poemata - Epigrammata



PETER LANG

185

MAVRVS PISINI POETA

Carmina Aestivalia

excerpta ex litteris, q.s.: LATINITAS, Series Nova VI. MMXVIII. Volumen prius, p.129-133.



MAVRVS PISINI (*1962)

RUS, MANE, INSOLATUM

Herbis e riguis furtiva extollitur umbra
 papilionis et, inde, plagas vult visere caeli,
 quod cupit exorto librari in lumine solis:
 ipse, igitur, xyrides alis titillat et ambit
 ac reliquos petit asphodelos quos luna reflexit 5
 dum vitae fremitus citior quam lux redit arvis
 atque agitat visus merularum ad rura fugaces.
 Paene novum fit tempus ibi, quia abisse videntur,
 ante crinon solis, stellata silentia noctis,
 cum leve et intactum sudum dominatur ubique, 10
 res simul exaltans quae e somno sponte resurgunt ...
 Sic, mane aurato, colles grus scandit apertos,
 inde, inter paleas scit triticum adire superstes
 quod claudit rostro, dum corpus tendit in altum,
 vel radiis inhiat, ventis impulsa secundis. 15
 Hic autem vulpes prudenter visitat arva
 compita cauta sequens quo solis non venit ignis,
 immo, illinc penetrat vinetum crure citato,
 saltu mox rapiens, nisi fetus, saltem, acina ima.

Nunc, quoque tructa in aquis laetatur frigore amico 20
 ac, dum lenta natat, nocturni roris aroma,
 quod fluit in salices et earum murmura plasmat,
 umbrosis perstat foliis, ut spargat ab ipsis
 pubentes rerum species, quibus exit horizon,
 utque immensa, tenax, aestatis pulset imago. 25
 Sudum, exinde, potens avibus loca clara revelat
 atque harum rixas, paulatim, aut carmina nidis,
 actis iam tenebris lapsoque ubicumque nigrore,
 omnino vibrare sinit: tum, stamina, sensim,
 splendida, queis radiant, tulipae atque papavera ad auras 30
 monstrant cum nutu, dum flores, sponte renatos
 oblatosque brevi terra almo nutrit amore.
 Tunc, croceus solis discus multo impete complet
 cuncta simul: fringilla, tamen, levat ebria cantum,
 confestim repetens cerasos quas, postmodo, linquit, 35
 ut cedat merulis quae temptant aequora sparsim
 caelorum petere atque hilari percurrere voce,
 vel patulis pausare oleis, aut ire per hortos.
 Aestas nam proprium splendorem haurire videtur
 e rerum natura, in ea sine fine propagans 40
 se, quamquam ignorat necopinas aethere nubes,
 quae longe volitant neque cirros perdere maerent,
 si in nemorum latebras descendere protinus audent,
 quarum frigus amant, non autem quod latet illis.
 Tum, super areolas coeptant reptare lacertae 45
 quae, vel sunt fremitus, vel molles gramine flexus
 nec ruris turbant requiem, sed ad invia currunt,
 haud secus ac turtur, cum prunis deflet opacis
 nescioquid, tantum tiliis odor instat amoenus
 cuius vis magica est, vis quam sibi vindicat axis. 50



MERIDIATIO

Ruris lata quies pascitur achetis,
 quarum, nam, crepitus, saepibus obvios,
 lucis vis animat, sol net, ut e rubis
 ardor, fixus iis, narret imagines

immoti spatii, vel, volucres tenens, 55
 pausam donet agris, aut quasi somnium,
 natum propter humum, nunc, sine viribus
 et res. Vita tacet, sed loquitur citris

corvus qui dubiam, fors, pluviam vocat, 60
 aestum voce gravans: pulvis edax habet
 spinas atque rosas quae bene sentiunt
 quid maturus odor iam segetum serat,

si, hic, falx secat eas et modo colligit,
 fasces arte creans, unde frequens scatet 65
 gluma in corporibus prorsus agrestium,
 quos sudoris onus macerat asperum.

Tum, falco e petreis verticibus venit,
 pernix cursu, at, iners, solis ob impetum,
 alas immobiles axe rotat, movens
 se, nubis similem, donec abit: quies 70

ipse est, qui arva oculis figit edacibus,
 praedas mente petens, nec, tamen, invenit,
 quod rus nil dat ei, nil datur insequi,
 praeter spem. Cerasi frugibus ebria,

turtur non queritur, mox, nemus appetens, 75
 quod densum est foliis, sed sine spiritu,
 et lucem sibi vult stirpibus inviam,
 ut palpetur ea: collibus omnibus

aestas igne suo privat odoribus
 grandes, en, tiliis, e quibus evolat 80
 florum sicca cohors nec levibus crocis
 gemmae iam saturant gramina polline.

- Lux autem, spatians per loca dissita,
intrat, pura, favis atque apibus refert
mellis cum studium, tum quoque murmura 85
his concinna, quae eunt ad sata libera...
- sic, sub sole, iterum, pabula quaeritant,
vel gaudent radiis: maceriae levi
sic, albent corio luminis, est halos
rerum quae pereunt. Crabro celerrimus 90
- granati faciem temptat, at hanc fugit,
si vix pulpa inhiat, si merulae vafrae
ipsam optant etiam carpere ab intimis
ramis queis rutilat, donec, adinvicem,
- fundunt ore sonos laetae et, edulibus 95
granis se recreant, dum calor asperat
arentes cinaras quae, satae in antibus,
florent caeruleis comminus orbibus.
- Tum, sudum vigilat paniculis zaeae
quae in se lene crepant et fremitus creant 100
mi ignotos, stupeo hos, splendor it aureus
per quercus radiis fortibus, ut vibrent
- frondes post aditum passeris: irruit
tempus rus et ibi pausat, at aridis
hortis ver memorat conspicuum rosis, 105
dum vis ulterior fert calidum chaos
- ad fessos frutices. Lampyrides latent
arbustis neque dant corpore perbreves
scintillas, pariter, frigora graminis
grilli haud pauci habitant, luce procul gravi 110
- bombis atque apium, quae simul exeunt
uvarum ex acinis: signa papaverum
nulla exstant paleis, prae quibus ambulo,
dum protrita sonat sub pede glarea,
- ceu puls cana. Suis poma coloribus 115
se spectant et amant alta silentia
quae, his horis, violant tantum avium modi
pressi, non nitidi: nam, quoque hirundinum

nidi ardent, sed ab his nullum oritur melos,
 quod nati recubant, sic, foveam peto, 120
 ranis non vacuum, quae lue pullulat
 stagnorum viridi. Miror inertiam

quae compacta subit vellera populi,
 dum lucent, coit his aestus, hians, tamen,
 ruris tramitibus, trans oleae comas, 125
 ceu flamen: veprium scissa repagulis,

lux, sese levior, liquet in intimis
 cardorum petalis, dum, quasi anhelitus
 ignitos simulans, flamine mobiles,
 me ad solem revehit, qui mare fit meum. 130



RUS, VESPERE, TORRIDUM

Quo cadit aestus adest calidis ros ortus ab auris
 et meat exsanguis mimosas, heliotropia,
 ustis tam petalis, calyces, ceu scrinia, pandunt,
 obtutu in quorum nigror, en, fervere videtur
 granorum. Pici resonat mox frondibus ictus, 135
 inde, per alta ruit, caelum speculata serenum,
 cornix quae, passim, dat raucum guttur ad umbras,
 tamquam si certet fulgori obstare quieto,
 vel sibi percipiat non esse hoc flumen odorum
 qui ex rebus veniunt solari fomite tactis. 140
 Hora hac, volvit humum, post tonsa novalia, vomer,
 vel stupet, interdum, celatam in gramine vitam
 formicarum, aut quam, nunc, lampyris evocat hortis,

scintillans: vites tingunt dein murice rumpos, 145
 quod reducis sperant, post noctem, incendia solis.
 Propter cuius halo salices non flere videntur,
 dum nidos praebent avibus redeuntibus ulmi,
 prae quibus est gratum rhododendris crescere posse
 atque suas agitare comas, vel sinistra locustis:
 tum, circum, dum signat agros, dat thymbra colores 150
 quos, post, passeribus pergit donare canoris,
 ut vox ipsorum ferat hisque crepuscula terris
 rhythmis cum variis, fessi penetralia ruris
 actutum recreans. Sentes, in limine noctis,
 e propriis repetunt adytis zephyri quasi aroma, 155
 aut hilarem, sensim, mirantur hirundinum in axe
 concentum, quem audire valent quoqueserta rosarum,
 splendida prae muris, vel hibisci nempe corollae
 quae pulchram dant purpuram humi, dum regulus ipsam
 aspicit ex ornis. Ibi, glebas comminus urget 160
 nux, necopina cadens, ubi, miri lucis hiatus
 se procul opponunt secretis flatibus horti
 qui, lauris tectus, minus acrem contrahit aestum,
 vel docilis numerat florum colloquia in umbris,
 perlevis oscillans virgis petalisque genistae. 165
 Tunc, falx alba redit rursus per caerula lunae
 quae proprium describit iter, dum crescit eundo,
 vel sese inclinat quo occasus lumina restant,
 immemor aut vertit discum super arva: ita, languor
 aeris est divina quies, quam fundit horizon 170
 iam lassus, levior tamen hic, quia currit ad amnis
 rores, quos liquidas in aquis putat esse cometas
 igne brevi. Dein, cum merulis rus omne fritinnit
 in subita caeli et noctis vertigine captum,
 donec sol reliquus, pinis remoratus adultis, 175
 tus exhalat ab his, dum rubra in luce vacillat,
 exsul luce sua quo, cirris vinctus eo is,
 perdit se, radiis efflans sudum inde diurnum,
 quod fuit ignitum prope chroma, ad vesperis ortum,
 at, nunc, est aquilum et periturum stigma pyropi. 180



CARMINA AESTIVALIA
PEPIGIT
MAURUS PISINI

Cattus cothurnatus

EX CAROLI PERRAULT FABULIS LIBERE DEPROMPSIT
IACOBUS A MISERICORDIA i.e. Giacomo Dalla Pietà

Homo quidam, qui pistor fuit, tres habuit filios. Cum sensisset mortem appropinquantem, tres vocavit filios quibus dixit se, cum egenus esset, nihil fere posse relinquere; haberet maximus natu pistrinum; secundus asinum; minimus parvulam pecuniam cattumque suum. Quae cum dixisset, obiit. Filius minimus natu, ad summam desperationem redactus, questus est se, catto praeditum, miserrimum esse. Cui respondit cattus, voce humana sumpta, magno esset animo; emeret sibi binos cothurnos, pulchram vestem petasumque plumis ornatum. Quae cum iuvenis emisset, indutus cattus cothurnis, pulchra veste et petaso, ad regem se contulit, duas perdices oblaturus, dicens eas regi a *Marchione de Spica Aurea* missas dono esse. Rex autem, nulla fere admiratione motus, perdices accipit.

Die vero sequenti cattus, cum didicisset regem raeda vectum regionem sibi subiectam visitaturum, monuit iuvenem herum suum ut in flumen descenderet et simularet se fluctibus obrui. Deinde monuit agricolas ut dicerent regi regionem invisenti omnia praedia et agros ad Marchionem de Spica Aurea pertinere. Agricolae, cattum loquentem mirantes, adnuerunt regique regionem deinde inspicienti omnes agros ad Marchionem de Spica Aurea pertinere dixerunt. Rex miratus est tot tantosque agros ad unum Marchionem pertinere. Cum rex iuveni in flumine natanti propior esset, cattus apparuit dixitque regi periculum esse ne Marchio de Spica Aurea fluctibus submergeretur. Addidit omnes vestes Marchioni, qui originem a militibus cruce signatis qui Sacras expeditiones suscepissent, traheret, ereptas esse. Quae cum audisset Rex iussit servos Marchionem incolumem novisque vestibus indutum sibi reddere.

Cum Rex iuvenem novis vestibus ornatum vidisset, iussit eum sibi comitem sociari. Vixdum Filia Regis iuvenem viderat, amore incensa est.

Interea cattus in domum opulentissimam magi cuiusdam qui terrorem omnibus incutiebat se contulit. Fama erat magum in omnia animantia mutari posse. Quem cum vidisset, rogavit cattus astutus ut in murem mutaretur. Quem arreptum cattus comedit. Cum Rex domum opulentam Magi petisset, dixit ei cattus domum ad Marchionem de Spica Aurea pertinere. Rex iussit filiam tam diviti potentique marchioni nubere. Laeti ac felices iuvenes, opitulante catto, vixerunt.

Ex *Caroli Perrault* fabulis liberê deprompsit et toga induit

IACOBUS A MISERICORDIA

i.e. *Giacomo Dalla Pietà*

Domina Mors

**EX GRIMMIANIS FABULIS LIBERE DEPROMPSIT
IACOBUS A MISERICORDIA i.e. Giacomo Dalla Pietà**

Homini cuidam miserrimo totis diebus atque noctibus insudandum erat ut duodecim filios sustentaret. Cum uxor tertium decimum filium enixa esset, ad summam desperationem homo redactus, in viam exiit ut peteret ab eo quicumque sibi occurrisset ut e sacro fonte filium susciperet. Dominus Deus primus occurrit qui, cum sciret quot quantosque dolores et aerumnas homo toleraret: "Me tui miseret" - inquit - „Cum e sacro fonte filium tuum suscepero, semper eum tuebor.“ Respondit homo se minime optare ut Dominus Deus filium suum e sacro fonte susciperet; Deum enim divitias ditioribus dare et efficere ut pauperiores fame conficerentur. Heu, quam ignarus erat homo Deum sapienti consilio divitias et miserias distribuere! Dominum Deum reliquit homo et prosecutus in via est. Ei diabolus secundus occurrit et: "Quid requiris?" - inquit - „Si me filium tuum e sacro fonte suscipere iusseris, eum auro et voluptatibus donabo". Respondit homo se nolle a diabolo filium e sacro fonte suscipi; a diabolo enim omnes decipi et illici. Homo prosecutus est. Ei tertia Mors occurrit, dicens se fieri posse filii matrinam; apud se omnes homines esse aequales; a se filium protegi semper posse. Homo adnuit. Paucis diebus post, Mors puellum e sacro Fonte suscepit.

Ubi adolevit puer, Mors venit et iussit eum se sequi. Cum in silvam eum duxisset, herbam quandam monstravit. "Ecce – inquit - donum meum. Te praeclarum medicum faciam. Cum ad aegroti lectulum arcessitus eris, semper tibi uni apparebo. Si cervicali aegroti adstabo, dices eum posse sanari. Sin autem ad pedes lectuli ero, negabis ullum remedium posse dari. Adhibita herba, aegrotum sanabis. Noli, me invita, herbam adhibere. Si me invita ahibueris, poenas solves”.

Brevi temporis spatio interiecto, adolescens omnium medicorum clarissimus fuit. Quotiens aegrotum viderat, sciebat utrum vivere an mori deberet.

Cum Rex in morbum incidisset, medicus est arcessitus. Cum in cubiculo Regis esset, mortem ad pedes lectuli stantem vidit. Adolescens cogitavit fore ut, si semel tantum herbam, invita morte adhiberet, Mors sibi ignosceret. Dixit regem herba posse sanari. Rex convaluit. Mors vero ira incensa monuit adolescentem ne se deciperet.

Paulo post filia Regis in morbum cecidit. Cum iuvenis in cubiculo esset, mortem vidit ad pedes lectuli stantem. Cum Regis filiae amore flagraret, moniti oblitus et sperans se posse puellam in matrimonium ducere, cogitavit fore ut, si herbam adhiberet, mors, utpote matrina, sibi ignosceret.

Filia Regis, adhibita herba, convaluit.

Mors furens eum in antrum duxit ubi multa centena milia candelarum erant. Mors certiore fecit iuvenem singulas candelas esse singulorum hominum vitas; quo longior candela esset, eo longiorem vitam fore. Adolescens matrinam rogavit ut suam candelam sibi monstraret. Cum candelam sibi assignatam iuvenis aspexisset, vidit tantum semiustas candelae reliquias. Inde, cum intellexisset iuvenis finem suum

appropinquare, matrinae supplicavit ut novam candelam sibi accenderet. Dixit se velle regiam puellam in matrimonium ducere et regem fieri. Mors benigno vultu adnuit. Novam candelam supra semiustae candelae reliquias posuit. Cum vero vellet adolescentem poena afficere, mors male novam candelam cum reliquiis semiustae candelae coniunxit. Ita semiustae reliquiae humi ceciderunt. Vixdum reliquiae ceciderant, cum iuvenis morte raptus est.

Ex fabulis fratrum Grimmiorum liberê deprompsit et toga induit

IACOBUS A MISERICORDIA

i.e. *Giacomo Dalla Pietà*

CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA

Adolf Muschg

* 13. Mai 1934 in Zollikon, Kanton Zürich

Adolf Muschg ist ein Schweizer Dichter, Schriftsteller und Literaturwissenschaftler.

A D O L F M V S C H G S C R I P T O R
 N O N A G I N T A A N N I S N A T V S
 V I V A T C R E S C A T F L O R E A T

M M X X I V

Der Schriftsteller ADOLF MUSCHG feiert seinen 90. Geburtstag.
 Herzlichen Glückwunsch.

Notfalls zieht er lieber die Konsequenz. Adolf Muschg zum 90. Geburtstag (Andreas Platthaus, FAZ)

Unverändert streit- und meinungsfreudig: Heute wird der Schweizer Schriftsteller Adolf Muschg neunzig Jahre alt. Sein Einfluss ist nicht aufs unmittelbar Literarische beschränkt.

Als 2021 „Aberleben“ erschien, sein bislang letzter Roman, war Adolf Muschg 87 Jahre alt. Und setzte mit diesem altersungemäß umfangreichen Buch von mehr als 350 Seiten ein Lebenswerk fort, dass ohnehin schon zu den reichhaltigsten der Deutschschweizer Literatur gehört: neben Romanen auch Essays, Bühnenstücke und vor allem Reden, denn Muschg begreift den Schriftstellerberuf als öffentliche Verpflichtung.

Mögen seine etwas älteren Landsleute Max Frisch oder Friedrich Dürrenmatt – mit denen er so manches Literaturpolitisches gemeinsam betrieb – auch die berühmteren Platzhirsche unter den Schweizer Schriftstellern gewesen sein, so übt der eine Generation jüngere Muschg einen Einfluss aus, der eben nicht nur aus seinen Büchern resultiert, sondern auch aus einer Streit- und Meinungsfreudigkeit, die sich nicht aufs unmittelbar Literarische beschränkt.

Unvergessen seine 2003 erfolgte Wahl zum Präsidenten der Berliner Akademie der Künste – ein Amt, das er schon zwei Jahre später niederlegte, weil er sich mit den Gremien zerstritten hatte. Muschg wollte damals mit den Akademieaktivitäten heraus aus dem Elfenbeinturm. Als er dabei keinen Rückhalt fand, zog er die Konsequenzen. Das ist diesem Autor noch nie schmerzlich gefallen, und gerade das macht einen Teil – und keinen geringen! – seines Ansehens in der Literarischen Welt aus.

Eine neue Heimat für seine Romane

Der andere Teil verdankt sich natürlich doch dem Werk, das 1965 mit einem melancholischen Roman begann: „Im Sommer des Hasen“ über die Erlebnisse europäischer Stipendiaten in Japan. Er war thematisch und zeitlich ein Resultat von Muschgs erstem Hochschullehrauftrag, der den studierten Germanisten und Philosophen aus Tokio ereilt hatte. Das Interesse an Japan blieb eine Konstante; ein Lieblingsbuch des Autors ist das 1991 publizierte „Zeichenverschiebung – Über japanische Lebens- und Denkart“, das damals bezeichnenderweise nicht bei seinem Stammverlag Suhrkamp erschien. Dort merkte man erst danach, was man verpasst hatte, und 1995 kam dann der in Japan angesiedelte Kurzgeschichtenreigen „Die Insel, die Kolumbus nicht entdeckt hatte“ heraus.

Muschg schätzt aber eher Menschen, die mit ihm vorausdenken statt nachziehen. 2009 trennten sich schließlich die Wege von ihm und Suhrkamp, und dass er zu C. H. Beck ging, konnte nur die überraschen, die übersehen hatten, dass schon kurz zuvor ein Band mit politischen Reden („Was ist europäisch?“) bei dem Münchner Verlag erschienen war. Muschgs Romane hatten es immer leicht, eine Heimat zu finden, aber ihm lag mindestens so viel an den anderen Genres.

Und Beck wusste, womit man einen solchen Autor erfreuen kann: Zum achtzigsten Geburtstag vor zehn Jahren erschien im Verlag eine Biographie von Manfred Dierks als Würdigung zu Lebzeiten, die heute schon wieder einer Überarbeitung bedürfte, weil Muschg trotz zwischenzeitlich schwerer Krankheit weiter produktiv und anregend geblieben ist. Heute feiert er seinen neunzigsten Geburtstag.

Jizchak Katzenelson

auch Isaak, auch Kazenelson usw.

hebräisch יִצְחָק קאַצנעלסאָן, jiddisch קאַצנעלסאָן יצחק קאצנעלסאָן

polnisch Icchak Kaczenelson

* 21. Juli 1886 in Korelicze, heute Karelitschy, bei Nowogrudok

† 1. Mai 1944 im KZ Auschwitz-Birkenau

Jizchak Katzenelson war ein jüdischer Lyriker und Dramatiker, der auf Neuhebräisch und Jiddisch schrieb und als Begründer des neuhebräischen Dramas gilt. Seine in einem Lager in Ostfrankreich versteckten letzten Dichtungen, die nach dem Krieg zum Teil ins Hebräische übersetzt wurden (Das Lied vom erschlagenen jüdischen Volk; Tagebuch; Hannibal; Generalstab), sind einmalige, erschütternde Dokumente der jüdischen Leidenserfahrung.

I S A A K K A Z E N E L S O N

A V C T O R B O N V S

« C A N T V S P O P V L I I V D A E I E X T I N C T I »

Q V A T E R V I G I N T I A N N I S A N T E

K A L . M A I I S E X S P I R A V I T

M M X X I V

JIZCHAK KATZENELSON,

der große Autor von

„Der große Gesang vom ausgerotteten jüdischen Volk“

starb am 1. Mai vor 80 Jahren.

Katzenelson war aktiv am Aufstand im Warschauer Ghetto beteiligt, der am 19. April 1943 begann. Um sein Leben zu retten, verschaffte ihm das Kommando der jüdischen Kampforganisation gefälschte honduranische Papiere und schleuste ihn in den „arischen Teil“ von Warschau, wo er, wie viele andere, vergeblich hoffte, über das Hotel Polski in die Freiheit zu gelangen. Stattdessen kam er in ein Sonder-KZ nach Vittel am Rande der Vogesen. Dort waren überwiegend amerikanische und britische Staatsbürger interniert, die gegen internierte Deutsche im feindlichen Ausland ausgetauscht werden sollten. Dort schrieb er auch sein *Lid funm ojsgehargetn jidischen folk* (Fertigstellung des Manuskripts am 17. Januar 1944). Das Manuskript vergrub er, in Flaschen verpackt, gemeinsam mit der Mitgefangenen Miriam Novitch, die überlebte, unter einem Baum. Das Lager wurde dann am 12. September 1944 von den Alliierten befreit. Eine Kopie des Manuskripts wurde, in einen Koffergriff eingenäht, durch eine Lagerkameradin, der er es übergeben hatte, 1944 nach Palästina geschmuggelt. Beide Exemplare sind erhalten geblieben.

Ende April 1944 wurde Katzenelson mit seinem siebzehnjährigen Sohn Zwi im „Konvoi 72“ nach Auschwitz deportiert, wo sie am 1. oder 3. Mai 1944 vergast wurden. Zuvor hatte er in Vittel seinen alten Freund aus früheren Lodzer Tagen, Dr. Nathan Eck († Tel Aviv 22. Februar 1982), wiedergetroffen, der ebenfalls im April 1944 von Vittel nach Auschwitz deportiert werden sollte, dem es aber gelungen war, vom Zug abzuspringen und nach Paris zu entkommen. Im Februar 1945, noch vor Ende des Krieges, gab er Katzenelsons Werk *Dos Lid funm ojsgehargetn jidischen folk* im jiddischen Original in Paris heraus. Nathan Eck hatte Katzenelson in Vittel versprochen müssen, *Dos Lid funm ojsgehargetn jidischen folk* herauszugeben, sollte der Dichter den Krieg nicht überleben.

Michail Fjodorowitsch Larionow

auch bekannt als Michel Larionov

russisch Михаил Фёдорович Ларионов

wissenschaftl. Transliteration Michail Fëdorovič Larionov

* 22. Mai^{jul.}/3. Juni^{greg.} 1881 in Tiraspol, Russisches Reich, heute Republik Moldau

† 10. Mai 1964 in Fontenay-aux-Roses bei Paris

Michail Fjodorowitsch Larionow war ein russisch-französischer Maler. Sein Stil reichte vom Impressionismus bis zum Fauvismus. Er gilt als Begründer des Rayonismus und zählte vor seiner Emigration 1915 zur Russischen Avantgarde.



MICHAEL THEODORI FILIVS LARINOV

PICTOR NOBILIS

SEXAGINTA ANNIS ANTE

E VITA EGRESSVS

AETATIS LXXXII

MMXXIV

Vor 60 Jahren starb der berühmte Maler
MICHAEL FJODOROWITSCH LARIONOW
im Alter von 82 Jahren.

Alice Munro

* 10. Juli 1931 in Wingham, Ontario

† 13. Mai 2024 in Ontario

Alice Munro war eine kanadische Schriftstellerin und Literaturnobelpreisträgerin, deren Werk mehr als 150 Kurzgeschichten umfasst und die Struktur von Kurzgeschichten revolutionierte. Ihre Geschichten, die sich durch sprachlichen Feinschliff auszeichnen, beginnen oft an einer unerwarteten Stelle; anschließend wird die Erzählung chronologisch rückwärts oder vorwärts entwickelt.



A L I C I A M U N R O
S C R I P T R I X C E L E B R I S C A N A D E N S I S
O N T A R I O N E O B I I T

M M X X I V

Die gefeierte kanadische Schriftstellerin
ALICE MUNRO ist in Ontario gestorben.

Mit ihren Erzählungen knüpfte Munro an die angelsächsische Tradition der *Short Story* an; sie wird oft mit Anton Tschechow, dem russischen Meister dieser Form, verglichen. In Kanada und im englischsprachigen Raum ist Alice Munro eine Bestsellerautorin. Sie wurde mit zahlreichen Preisen ausgezeichnet, unter anderem 2009 mit dem *Man Booker International Prize* und 2013 mit dem *Nobelpreis für Literatur*.

Quelle: Wikipedia

George Lucas

* 14. Mai 1944 in Modesto, Kalifornien

George Lucas ist ein US-amerikanischer Produzent, Drehbuchautor und Regisseur. Seine erfolgreichsten Filmprojekte waren vor allem die *Star-Wars*-Filmreihe und die *Indiana-Jones*-Pentalogie.



GEORGIVS LVCAS
DISPOSITOR PELLICVLARVM EXVPERANS
QVATER VIGINTI ANNIS ANTE NATVS
VIVAT ATQVE FLOREAT

* * *

« POTESTAS TE COMMITETVR »

BIS QVADRAGINTA ANNIS ANTE NATVS
GEORGIVS LVCAS TAENIO LA FEX STRENVVS
VIR OCTOGENARIVS VIVAT ET FLOREAT

MMXXIV

Der überragende Filmregisseur GEORGE LUCAS wurde vor 80 Jahren geboren.
Alles Gute zum Geburtstag.

* * *

„May the force be with you!“

Vor 80 Jahren wurde der tüchtige Filmemacher GEORGE LUCAS geboren.
Alles Gute zum 80. Geburtstag.

Arno Lustiger

* 7. Mai 1924 in Będzin
 † 15. Mai 2012 in Frankfurt am Main

Arno Lustiger war ein deutscher Historiker polnischer Herkunft. Lustiger – selbst Überlebender des Holocaust – hat wesentliche Beiträge zur Erforschung und Aufarbeitung der Geschichte des jüdischen Widerstands gegen die Diktatur des Nationalsozialismus geleistet.



CENTVM ANNIS ANTE ARNO LVSTIGER NATVS
 VIR IN CASTRIS CARCERALIBVS CAPTIVVS
 SVPERSTES HOLOCAVSTI ET HISTORICVS EGREGIVS
 BIS SEX ANNIS ANTE OBIT
 AETATIS SVAE LXXXVIII


MMXXIV

Der hervorragende Historiker ARNO LUSTIGER,
 einst Gefangener eines Konzentrationslagers und ein Holocaust-Überlebender,
**wurde vor 100 Jahren geboren und starb vor 12 Jahren im Alter von 88
 Jahren.**

Theodore Bikel

* 2. Mai 1924 in Wien, Österreich
 † 21. Juli 2015 in Los Angeles, Kalifornien

Theodore Bikel war ein US-amerikanischer Folksänger und Schauspieler österreichischer Herkunft. Bikels Karriere begann 1951 mit einer Nebenrolle in dem Filmklassiker *African Queen*. Er trat 1960 beim „Newport Folk Festival“ auf. Im Jahr 1977 wurde er ins *National Council for the Arts* aufgenommen. In Österreich geboren, lebte er in Israel, England und den Vereinigten Staaten und sprach sechs Sprachen. Bikel war Vizepräsident des *American Jewish Congress*.



QVINQVI ES VIGINTI ANNIS ANTE
 VI NONAS MAIAS VIENNAE NATVS
 THEODORVS BIKEL VIR POLYGLOTTVS
 CANTOR BONVS ET ACTOR PRAECIPVVS

MMXXIV

Der große Sänger und vorzügliche Schauspieler
 THEODORE BIKEL, der mehrere Sprachen beherrschte,
 wurde am 2. Mai vor 100 Jahren in Wien geboren.

Hörensweite Dokumentation: <https://oe1.orf.at/player/20240501/756593>

Milena Jesenská

* 10. August 1896 in Prag, Österreich-Ungarn

† 17. Mai 1944 im KZ Ravensbrück

Milena Jesenská war eine tschechoslowakische Journalistin, Schriftstellerin und Übersetzerin. Sie gehörte zum engeren Freundeskreis des Schriftstellers Franz Kafka.

MIL ENA I ESE NSKÁ
 S CRIPTRIX I NTERPRES
 ATQ V E SO CIA FR AN CI S CI KA FKA
 ANTE Q VATER VI GI NTI AN NOS
 XVI KA L . IV NI AS
 I N CA STR IS CA RC ERA LI BVS
 VI TA CE SS IT

MMXXIV

Die Schriftstellerin, Übersetzerin und Kafka-Freundin MILENA JESENSKÁ starb am 17. Mai vor 80 Jahren im Konzentrationslager [Ravensbrück].

Milena, aus der reichen Prager Oberschicht stammend, heiratete nach einem abgebrochenen Medizinstudium den Kaffeehausliteraten, Lebeamann und Bankangestellten Ernst Polak, mit dem sie nach Wien übersiedelte. Polak saß im Kaffeehaus; Milena schleppte Koffer am Bahnhof, verdingte sich als Haushälterin und gab Tschechischunterricht.

In diese Zeit fällt ihre Freundschaft und Korrespondenz mit Franz Kafka, von dem sie einige Werke übersetzte. Kafkas berühmte Briefe an Milena sind erhalten, ihre Briefe sind verschollen. In Wien fing Milena an, Feuilletons und Reportagen zu schreiben, die sie in Prager Zeitungen veröffentlichte. Sie fanden großen Anklang.

Nach der Trennung von Polak ging Milena nach Prag zurück, um als Journalistin zu arbeiten. Wegen der wachsenden Bedrohung durch den Nationalsozialismus schloss sich Milena, wie damals viele Intellektuelle, der kommunistischen Bewegung an. Doch der Kommunismus Stalinscher Prägung stieß sie später ab.

Milena heiratete zum zweiten Mal, 1928 wird ihre Tochter Jana Černá geboren. Während einer Krankenhausbehandlung bekommt Milena zur Schmerzlinderung Morphium, wird süchtig und leidet jahrelang darunter. Ihre Ehe zerbrach daran. Nach dem »Anschluss« Österreichs machte Milena eine Entziehungskur, wissend, dass sie ihre ganze Kraft für den Widerstand brauchen würde.

Inzwischen strömten schon die vor den Nationalsozialisten fliehenden Emigranten nach Prag. Viele von ihnen versteckte Milena in ihrer Wohnung, besorgte ihnen Papiere und verhalf ihnen zur Flucht. Bald wird Milena der Gestapo verdächtig, auch ihr subversiver politischer Journalismus ist ihnen ein Dorn im Auge. 1939 wird sie von der Gestapo verhaftet, monatelang verhört und zur »Umerziehung« nach Ravensbrück gebracht.

Milena Jesenská starb einen langen schweren Tod. Die letzten vier Jahre ihres Lebens verbrachte sie als politische Gefangene im KZ Ravensbrück. Sie hungerte und fror und litt unter starken rheumatischen Schmerzen. Überlebende berichten, dass Milena den mitgefangenen Frauen Kraft gab durch ihre Unbeugsamkeit, ihren Lebenswillen, ihre Güte und ihren Stolz. Mit 48 Jahren stirbt Milena Jesenská im KZ an einem Nierenleiden.

Am 14. Dezember 1994 wurde Milena Jesenská von Yad Vashem zur »Gerechten unter den Völkern« ernannt.

Malva Schalek

geboren 18. Februar 1882 in Prag

deportiert nach Auschwitz am 18. Mai 1944, Todesdatum unbekannt

Malva Schalek war eine österreichische jüdische Malerin.



https://www.nizza-thobi.com/Malva_Schalek/malva_schalek.htm

MALVA SCHALEK
 PICTRIX NOBILIS
 QUATER VIGINTI ANNIS ANTE
 IN AVSCHVITZ IN CASTRIS CARCERALIBVS
 GASIFICATA EST
 AETATIS LXII
 R. I. P.
 MMXXIV

Vor 80 Jahren wurde die berühmte Malerin MALVA SCHALEK
 62jährig im Konzentrationslager Auschwitz vergast. Möge sie in Frieden ruhen.

Ihren Lebensunterhalt verdiente Malva Schalek von 1916 bis Juli 1938 als Malerin in Wien in ihrem Atelier direkt über dem *Theater an der Wien*, bis sie zur Flucht vor den Nationalsozialisten gezwungen wurde und dabei all ihre Bilder zurücklassen musste. Nur etwa 30 Werke aus dieser Zeit sind wieder aufgetaucht, zwei davon wurden im Historischen Museum von Wien gefunden.

Schalek wurde im Februar 1942 nach Theresienstadt deportiert, wo sie mehr als 100 Zeichnungen und Gemälde mit Wasserfarben produzierte, die das Leben im Lager darstellten. Weil sie sich weigerte, einen mit den Nazis kollaborierenden Arzt zu porträtieren, wurde sie am 18. Mai 1944 nach Auschwitz deportiert und dort in der Folgezeit ermordet.

Ihr Werk, besonders ihre Zeichnungen vom Lager in Theresienstadt, ist von einem nüchternen Realismus. Die Zeichnungen wurden von Tom L. Freudenheim, Direktor des Kunstmuseums von Baltimore, 1978 als „vielleicht das beste und vollständigste künstlerische Oeuvre, das den Holocaust überlebt hat“, beschrieben. Ihre Zeichnungen wurden nach der Befreiung in einem Versteck gefunden. Heute befinden sie sich zum größten Teil in der Kunstsammlung des Hauses der Ghettokämpfer im Kibbuz *Lochamej haGeta'ot* in Israel.

Quelle: Wikipedia

Joe Cocker

* 20. Mai 1944 in Sheffield, England

† 22. Dezember 2014 in Crawford, Colorado, USA

Joe Cocker war ein britischer Rock- und Blues-Sänger.

AN TE O C T O G I N T A AN NOS NAT V S
 J O E C O C K E R C AN TOR P R A E S T A N S
 AN TE D E C E M AN NOS E X S P I R A V I T

M M X X I V

Der vortreffliche Sänger JOE COCKER
 wurde vor achtzig Jahren geboren und starb vor zehn Jahren.

Mit „ein bisschen Hilfe“ von den Beatles: So wurde Joe Cocker zum Superstar

Am 20. Mai hätte er seinen 80. Geburtstag gefeiert. Bis heute sind Joe Cocker und seine einzigartige Reibeisenstimme unvergessen, die dank eines Beatles-Hits weltberühmt wurde.

Die Nachricht kam überraschend: Am 22. Dezember 2014 starb Joe Cocker im Alter von 70 Jahren. Er erlag „nach einem harten Kampf“ einer Lungenkrebskrankung, wie seine Plattenfirma Sony Music in einem Statement erklärte. Bis zu diesem Zeitpunkt waren keine Details über eine Krankheit Cockers bekannt geworden. Einzig sein Musikerkollege Billy Joel hatte bereits bei einem Konzert einige Monate zuvor erklärt, dass es seinem Kollegen „gerade nicht sehr gut gehe“, was damals von Cockers Management nicht kommentiert wurde.

Joel widmete ihm „With A Little Help From My Friends“, den Beatles-Song, mit dem der Brite 1968 seinen Durchbruch geschafft hatte. Auf den Nummer-eins-Hit folgte eine einzigartige Karriere: Dem in Sheffield geborenen Sänger, der am 20. Mai seinen 80. Geburtstag gefeiert hätte, gelang es, mit seiner unverkennbaren und unverwechselbaren Reibeisenstimme kontinuierlich Hits zu landen. Bis zu seinem Tod feierte er – gerade in Deutschland – große Erfolge, auch wenn er „nur“ Interpret fremder Songs war.

Seine beiden letzten Alben, „Hard Knocks“ (2010) und „Fire It Up“ (2012), erreichten hierzulande die Top-Fünf der Charts und wurden mit Platin und Gold ausgezeichnet. Sie waren die Krönung einer Karriere, in der Cocker stets – und im Gegensatz zu vielen anderen Kollegen – immer wieder Hits aufweisen konnte. Auch nach „With A Little Help From My Friends“ wurden zahlreiche der von ihm interpretierten Lieder zu Welthits, so etwa „You Are So Beautiful“ (1975), „You Can Leave Your Hat On“, „Unchain My Heart“ (1987) und „Summer In The City“ (1994). Für sein Duett mit Jennifer Warnes, „Up Where Be Belong“ (1982), wurde Cocker mit einem Grammy ausgezeichnet. Für seine Verdienste um die Musik wurde er 2007 von Queen Elisabeth II. mit einem Verdienstorden geehrt, das „Rolling Stone“-Magazin wählte ihn 2008 unter die 100 größten Sänger aller Zeiten - auf Platz 97.

Joe Cocker spürte den „Druck der eigenen Berühmtheit“

Vielleicht verhinderte die Tatsache, dass Cocker nie selbst Songs schrieb, eine höhere Platzierung. Die Entscheidung, „nur“ Sänger zu sein, bereute er indes nie. Am 20. Mai 1944 als John Robert Cocker in Sheffield geboren, unternahm er bereits im Alter von zwölf Jahren seine ersten musikalischen Gehversuche in der *Skiffle*-Formation seines älteren Bruders. Auch in seiner ersten eigenen Band, *The Cavaliers*,

übernahm er die Rolle des Sängers, weil er damals kein Instrument beherrschte, wie er in einem Interview zugab: „Ich konnte ein bisschen Schlagzeug spielen, das war es dann aber schon. In meiner Heimatstadt Sheffield war ich der Einzige, der singen konnte. So blieb mir am Ende, als ich unbedingt musizieren wollte, nichts anderes übrig, als mich hinter ein Mikrofon zu stellen.“

Mit 16 erlernte er den Beruf des Klempners, doch bereits drei Jahre später sollte er mit seiner nächsten Band, *Vance Arnold And The Avengers*, einen ersten Erfolg verbuchen und spielte im Vorprogramm der *Rolling Stones* bei deren Auftritt in Sheffield. 1964 unterzeichnete Cocker einen Plattenvertrag beim renommierten Decca-Label. Seine erste Single, das Beatles-Cover „I’ll Cry Instead“, bei der die spätere *Led-Zeppelin*-Ikone Jimmy Page Gitarre spielte, floppte trotz aufwendiger Promotion grandios. Erst mit der ihn begleitenden *Grease Band* und Produzent Denny Cordell (*Procol Harum*, *The Moody Blues*) fand Cocker dann die passenden Mitstreiter: Ihre langsamere, umarrangierte Version von „With A Little Help From My Friends“ wurde zum Evergreen – und populärer als das Original der Beatles.

Cockers Beliebtheit erreichte dann 1969 ihren ersten Höhepunkt: Mit seinem Auftritt beim legendären „Woodstock“-Festival wurde der Brite zum Superstar. Sich als Rock-Sänger feiern und in der Öffentlichkeit inszenieren zu lassen, lag Cocker dabei von Anfang an fern. „Stargehabe“ hätte er nie gemocht, erklärte der Sänger 2012: „Im Gegensatz zu einigen anderen kann ich mich noch frei auf der Straße bewegen, ohne sofort erkannt zu werden. Als meine Gesangskarriere langsam voranschritt, litt ich stark unter dem Druck der eigenen Berühmtheit.“ Cocker flüchtete sich damals in den Konsum von Drogen: Anfang der 70er-Jahre wurde er wegen des Besitzes von Marihuana festgenommen, nach der Trennung von Produzent Denny Cordell verfiel der Sänger kurzzeitig dem Kokain und später dem Alkohol.

Joe Cocker: Von Rocksänger zum Tomatenzüchter

Seine Rettung sei damals, gestand Cocker in einem Interview mit „The Guardian“, seine Ehefrau Pam gewesen, die er Mitte der 70er-Jahre kennenlernte und 1987 heiratete: „Sie half mir, wieder positiv zu denken und machte mir klar, dass die Leute mich immer noch singen hören wollten. Sie überzeugte mich, dass ich dem Teufelskreis entkommen kann.“ Gemeinsam mit ihr lebte Cocker zuletzt auf einer Ranch im US-Bundesstaat Colorado.

Dort pflegte er seit Längerem auch ein ungewöhnliches Hobby: das Züchten von Tomaten. Die Lust an der Gärtnerei sei auf seinen Vater zurückzuführen, so Cocker in einem Interview: „Der Geruch seiner Tomatenpflanzen hängt mir noch heute in der Nase. Ich dachte also, warum nicht einfach selbst versuchen? Daraus wurde dann eine richtige Leidenschaft. Wenn ich auf Tour bin, lasse ich mir immer die dort gepflanzten Tomatensamen für mein Gewächshaus besorgen.“

Die Züchtereier sei auch „eine Art für mein zukünftiges Rentendasein“, erklärte Cocker. An ein Ende seiner Karriere dachte er aber noch lange nicht, dazu habe er noch zu viel Angst, etwas zu verpassen, betonte er noch 2012: „Das ist vielleicht einer der Gründe, warum ich so oft auf Reisen bin. Ich habe manchmal das Gefühl, als müsste ich um die Welt jetten, um nicht irgendwann zurückzubleiben. Nicht falsch verstehen: Ich liebe meine kleine Farm in Colorado, und es kommt auch vor, dass ich nichts dagegen hätte, wenn ich in meinem Leben nie wieder einen Tourbus oder ein Flugzeug sehen müsste. Doch dann erinnere ich mich wieder daran, was für ein privilegiertes Leben ich als Musiker führen kann.“

Ein Leben, das viel zu früh und überraschend schnell endete. Zu den ersten Musiker-Kollegen, die sich zu seinem Tod äußerten, gehörte Sir Paul McCartney: Er sei dankbar, dass Cocker „With A Little Help From My Friends“ zu einer „Soul-Hymne“ gemacht habe, erklärte der Ex-Beatle. Er vermisse ihn als guten Kumpel: „Er war ein großartiger Kerl, der der Welt so viel geschenkt hat.“


Quelle: <https://www.blick.de/boulevard/mit-ein-bisschen-hilfe-von-den-beatles-so-wurde-joe-cocker-zum-superstar-artikel13377583>

Henri Michaux

* 24. Mai 1899 in Namur (Belgien)

† 19. Oktober 1984 in Paris

Henri Michaux war ein französischsprachiger Dichter und Maler.



VIGINTI QVINQVE LVSTRIS ANTE
 HEINRICVS MICHA VX NATVS
 PICTOR ILLVSTRIS
 SCRIP TOR LINGVAE FRAN CICA E PRAECLARVS

MMXXIV

Der berühmte Maler und französischsprachige Schriftsteller
 HENRI MICHAUX wurde vor 125 Jahren geboren.

Henri Michaux, geboren 1899 in Namur, Belgien, ist als einer der großen Einzelgänger in der europäischen Kunst des 20. Jahrhunderts vor allem für seine Malerei und Dichtkunst bekannt. Nicht nur seine Kontakte zu Angehörigen der Pariser Avantgarde (wie u.a. Giorgio de Chirico, Max Ernst und Salvador Dalí) und Experimente mit sinnestäuschenden Rauschmitteln, sondern auch zahlreiche Reisen nach Asien und Südamerika waren Inspiration für seine künstlerische Arbeit. Michauxs literarische und künstlerische Tätigkeit wurde durch seine Beteiligung an der surrealistischen Bewegung stark beeinflusst, welche ihn sowohl zum Streben nach einer tieferen Wahrnehmung der Welt inspiriert hat. Seine in Gemälden und Zeichnungen ausgedrückten Betrachtungen oszillieren an der Grenze zur Abstraktion. Sie enthalten sowohl symbolische als auch kalligraphische Elemente, die auf rätselhafte Formen und versteckte Bedeutungen anspielen.

Die malerischen Werke Michauxs wurden zunächst in Paris ausgestellt, wo sein besonderer Stil als sensationell bewertet wurde. In der Folge haben seine Werke internationale Beachtung erlangt und wurden noch zu Lebzeiten u.a. auf der *Biennale* in Venedig, der *documenta* in Kassel, im *Guggenheim Museum*, New York, und im *Musée National d'Art Moderne* in Paris ausgestellt. 1955 erhielt er die Staatsbürgerschaft Frankreichs, wo er bis zu seinem Tod im Jahr 1984 lebte und arbeitete.

Quelle: [https://galerie-karsten-greve.com/kuenstler/detail/henri-michaux?
 tab=start&cHash=5ba133397d584401cf9a7802e35099c5](https://galerie-karsten-greve.com/kuenstler/detail/henri-michaux?tab=start&cHash=5ba133397d584401cf9a7802e35099c5)

Rainald Goetz

* 24. Mai 1954 in München

Rainald Goetz ist ein deutscher Schriftsteller.



RAINALDV S GOETZ SCRIPTOR CELEBER
 BIS TRIGINTA QVINQVE ANNIS ANTE
 IX KAL. IVNIAS MONACHI NATVS
 VIVAT VIR SEPTVAGENARIVS

MMXXIV

Der in München geborene berühmte Schriftsteller
 RAINALD GOETZ feiert am 24. Mai seinen 70. Geburtstag.

Herzlichen Glückwunsch!

Sprachgetrieben und gedankengepeitscht

Enno Stahl, 24.05.2024

Rainald Goetz ist einer der faszinierendsten deutschsprachigen Autoren der Gegenwart. Seine Schriften zeugen von andauernder intellektueller Jugendlichkeit, auch wenn Goetz nun 70 Jahre alt wird. Zwei neue Publikationen beweisen es.

Rainald Goetz war als Autor oft umstritten, aber immer faszinierend. Seine Karriere begann mit dem berüchtigten Schnitt in die Stirn, den er sich 1983 vor laufenden Kameras beim Ingeborg-Bachmann-Wettbewerb zufügte. Den Preis gewann er nicht, doch er wurde mit einem Schlag berühmt. Der Erstlingsroman „Irre“ erlebte eine sechsstellige Auflage.

Danach schien es, als habe er im Suhrkamp Verlag Narrenfreiheit. Er legte erratische, oft umfangreiche Buchprojekte vor, die kaum mehr die Aufmerksamkeit des Erstlings auf sich zogen, aber immer etwas Besonderes waren. Goetz war Teil des Betriebs, doch stets als Solitär. Er war und ist mit seinem Schreiben am Puls der Zeit oder ihm voraus.

Raum für Zustimmung – und Verachtung

Streit und Polemik sind zentrale Kategorien im Werk von Goetz, Streit im Universum der Texte aus Literatur, Medien und öffentlichen Diskursen. Nicht nur in seinen Buchpublikationen sucht er die Konfrontation mit der Wirklichkeit, sondern auch in Essays, Reden, Interviews, die in Zeitschriften und Tagespresse erschienen

sind. Der Band „wrong“, also „falsch“, versammelt ausgewählte Beispiele. Goetz' Denken erweist sich darin als durchaus widersprüchlich, gerade das aber erzeugt zündende Effekte:

Einerseits „zustimmungsgeneigt“, andererseits Raum für Hass und Verachtung – das ist typisch Goetz. Beides wird bei ihm mit äußerster Heftigkeit zelebriert, die Feier dessen, was ihm gefällt, und die Verdammung von Positionen, die ihm falsch erscheinen – „wrong“, wie er seinen Band nennt.

Auch der Goetz'schen Poetologie selbst sind verschiedene Beiträge darin gewidmet, wie alle seine Schriften sind sie sprachgetrieben, gedankengepeitscht, exzessiv im Zugriff auf die unmittelbare Realität. Bezieht Goetz sich auf sein eigenes Werk, etwa den Roman „Johann Holtrop“, sind seine Ausführungen ungemein hellsichtig.

Allen seinen Texten liegen komplexe Gedankenkonglomerate zugrunde. Auch den Theaterstücken. Die letzten drei sind in dem ebenfalls neuen Band „Lapidarium“ versammelt. Es sind umfangreiche Textflächen, heterogen, vielgestaltig, Prosapassagen, endlos lange Mono- und Dialoge. Das wirkt unspielbar – und ist es doch: „Reich des Todes“ und „Baracke“ wurden in mehreren großen Häusern in Deutschland und Österreich inszeniert.

Kultur heute - eine stilisierte Tänzerin

Gerade das Ausufernde, Manische des Goetz'schen Theaterschreibens scheint für Dramaturgen eine spannende Herausforderung zu sein. „Reich des Todes“ wurde durch die Anschläge des 11. September 2001 und den Folterskandal in Abu Ghraib motiviert – verschaltet mit NS-Anspielungen, wird es zu einem Stück über das Wesen der Folter.

Einer der wichtigsten Autoren der Gegenwart

„Baracke“ ist als Familienstück konzipiert, es zeigt die Entstehung und das Vergehen der Liebe, was besondere Brisanz dadurch gewinnt, dass die NSU-Terroristen Beate Zschäpe und Uwe Mundlos die fiktiven Eltern innerhalb des Stücks sind. Es gehe, so Goetz selbst, um die „beengende Übernähe der Menschen zueinander“.

Die Stücke schaffen durch latente Andeutungen auf verschiedenste Themenkomplexe eine immense Bedeutungstiefe und Bodenlosigkeit banalster Gegenstände. Schwierig, ja kryptisch oft, aber enorm anregend. Fern jeder Festlegung. Goetz ist unleugbar einer der wichtigsten deutschen Gegenwartsautoren, vielleicht sogar der wichtigste.

Quelle: <https://www.deutschlandfunkkultur.de/rainald-goetz-70-geburtstag-100.html>


Gilbert Keith Chesterton

kurz oft G. K. Chesterton

* 29. Mai 1874 im Londoner Stadtteil Kensington

† 14. Juni 1936 in Beaconsfield

G. K. Chesterton war ein englischer Schriftsteller und Journalist. Er ist heute vor allem bekannt durch eine Reihe von Kriminalromanen um die Figur *Father Brown*.



ANTE CENTVM QVINQVAGINTA ANNOS
 IV KAL. IVNIAS NATVS
 GILBERTVS KEITH CHESTERTON
 BONVS SCRIPTOR BRITANNICVS
 PROCREATOR FVSCI CLERICI
 INVESTIGATORIS INGENIOSI

MMXXIV


Der große englische Schriftsteller GILBERT KEITH CHESTERTON
 wurde am 29. Mai vor 150 Jahren geboren.

Er war der Erfinder des genialen Detektivs „Father Brown“.

Lars Bo

* 29. Mai 1924 als Lars Bo Jørgensen in Kolding
 † 21. Oktober 1999 in Paris

Lars Bo war ein dänischer Zeichner und Autor. Er ist besonders für grafische Werke mit vom Surrealismus inspirierten phantastischen Motiven bekannt.



QVI NQVI ES VIGINTI ANNIS ANTE
 IV KAL. IVNIAS NATVS
 LARS BO IØRGENSEN
 DELINEATOR INCLYTVS
 ARTIFE X ILLVSTRIS SVRREALISMI

MMXXIV

Der bekannte Surrealist LARS BO,
 ein bedeutender Grafiker,
 wurde am 29. Mai vor 100 Jahren geboren.


Bekannt wurde Bo durch seine Farbradierungen, von denen nach 1959 mehr als 400 entstanden, die in den meisten europäischen Ländern, Amerika, Japan und Hongkong in Ausstellungen zu sehen waren. Seine Bilder befinden sich in zahlreichen Privatsammlungen und Museen. Inspiriert durch die schottische Landschaft entstand in den Jahren 1983 [? T. R.] und 1964 eine Serie von Radierungen, die ihm internationale Anerkennung brachte. Bo schrieb Bücher und illustrierte Märchen-Ausgaben von Hans Christian Andersen; für die Gestaltung des Märchens *Die Schneekönigin* wurde er 1969 in Bratislava mit einer Goldmedaille geehrt; seine Ausgabe von *Der Wandergefährte* erschien 1983 auch in deutscher Übersetzung. 1977 erhielt er in Frankreich den „1. Prix de la Critique“ und 1983 von der Stadt Paris einen Ehrenwohnsitz. Pierre Lübecker urteilte in einem Artikel der dänischen Zeitung *Politiken*, dass seine Grafik die Phantasie anspreche, „weil die Welt, die sie birgt, so abwechslungsreich ist und weil das, was in ihr geschieht, sich nicht voraussagen lässt“.

Quelle: Wikipedia

Tankred Dorst

* 19. Dezember 1925 in Oberlind, Landkreis Sonneberg, Thüringen
 † 1. Juni 2017 in Berlin

Tankred Dorst war ein deutscher Dramatiker und Schriftsteller. Er lebte seit seiner Studentenzeit lange Zeit in München-Schwabing, wo er in den 1950er Jahren begann, für das Marionettentheater Kleines Spiel zeitkritische Stücke zu schreiben, die zum Teil heute noch aufgeführt werden. Ab den 1960er Jahren wurde er durch seine Drehbücher und als Regisseur auch international bekannt. Er war einer der am häufigsten gespielten Autoren der Nachkriegszeit auf deutschsprachigen Bühnen.



TANKRED V S DORST
 SEPTE M ANNI S ANTE
 EXSPIRA VIT
 R . I . P .

MMXXIV

Vor sieben Jahren starb
 TANKRED DORST.

Möge er in Frieden ruhen.

William Shakespeare Burton

* 1. Juni 1824

† 26. Januar 1916

William Shakespeare Burton war ein englischer Genre- und Historien-Maler im Viktorianischen Zeitalter. Sein bekanntestes Werk ist *The Wounded Cavalier* (1855).



GVLIELMVS SHAKESPERIVS BURTON
ARTIFEX Aevi Victoriani
Pictor Egregius
DVCENTIS ANNIS ANTE
KAL. IVNIIIS NATVS

MMXXIV

WILLIAM SHAKESPEARE BURTON war ein viktorianischer Künstler
Der hervorragende Maler wurde am 1. Juni vor 200 Jahren geboren.

Ruth Maria Kubitschek

* 2. August 1931 in Komotau, Tschechoslowakei

† 1. Juni 2024 in der Schweiz

Ruth Maria Kubitschek war eine deutsch-schweizerische Schauspielerin, Synchronsprecherin und Autorin. 1966 gelang ihr der Durchbruch in der Titelrolle in Francis Durbridges dreiteiligem Kriminalfilm *Melissa*. Im Laufe ihrer Karriere trat sie in über 160 Film- und Fernsehproduktionen in Erscheinung.

R V T H M A R I A K V B I T S C H E K
 P A S S E R C V L A F R A N C I S C I
 A C T R I X C E L E B R I S
 K A L . I V N I I S E V I T A E X C E S S I T
 A E T A T I S S V A E X C I I

M M X X I V

(Monaco-)Franzes „Spatzl“,
 die gefeierte Schauspielerin RUTH-MARIA KUBITSCHEK,
 ist im Alter von 92 Jahren gestorben.

Die Schauspielerin Ruth Maria Kubitschek ist gestorben. "Die Grande Dame des deutschen Film- und Fernsehspiels hat in ihrer Wahlheimat der Schweiz nach kurzer, schwerer Krankheit leise Abschied vom Leben genommen", sagte ihre Sprecherin Yvonne von Stempel der Nachrichtenagentur dpa. Kubitschek wurde 92 Jahre alt.

Über viele Jahre hinweg hatte die Schauspielerin das deutsche Fernsehen geprägt. Sie spielte für das ZDF an Bord des *Traumschiffs* und in der Serie *Das Erbe der Guldenburgs*. Für die ARD spielte sie im Tatort mit. Große Beliebtheit erlangte Kubitschek in den Achtzigerjahren an der Seite von Helmut Fischer als Annette von Soettingen alias Spatzl in der TV-Serie *Monaco Franze – Der ewige Stenz* des Bayerischen Rundfunks. Geboren wurde Kubitschek 1931 in Chomutov (Komotau) im heutigen Tschechien am Rande des Erzgebirges. Gegen Ende des Zweiten Weltkrieges floh ihre Familie nach Sachsen-Anhalt. Nach dem Besuch von Schauspielschulen in Halle und Weimar gab sie ihr Debüt als Fina in Brechts *Herr Puntila und sein Knecht Matti* in Halle. Innerhalb weniger Jahre wurde sie zu einem Star des DDR-Fernsehens und Defa-Films. 1959 ging sie mit ihrem Sohn in den Westen. Ihr Mann, der Opern- und Theaterregisseur Götz Friedrich, blieb in der DDR, durfte aber auch im Westen inszenieren.

"In tiefer Dankbarkeit wechsele ich in die andere Welt"

Am Schlosstheater in Celle begann Kubitscheks westdeutsche Karriere. Schon bald folgten Rollen in Fernsehproduktionen: Auftritte in *Die Sendung der Lysistrata* (1961), *Die Powenzbande* (1973) oder die Titelrolle in dem TV-Dreiteiler *Melissa* (1966). 1985 drehte sie – erneut mit Helmut Dietl – die erfolgreiche Serie *Kir Royal*, in der die Münchner Schickeria auf die Schippe genommen wurde. 2013 spielte sie in dem Kinofilm *Frau Ella* schließlich ihre letzte Rolle.

Quelle: <https://www.zeit.de/kultur/film/2024-06/ruth-maria-kubitschek-tot-schauspielerin>

EPITAPH

FRAN**C**IS**C**V**S** KAFKA
VIR **I**V**R**IS PER**I**T**V**S ET S**C**R**I**PTOR
DIE TERT**I**O M**E**NS**I**S **I**V**N**II
EX **V**I**T**A E**G**RESS**V**S
AETAT**I**S S**V**AE **X**L

M C M X X I V

Am 3. Juni starb der Jurist und Schriftsteller
FRANZ KAFKA im Alter von 40 Jahren.

1924

EPITAPH

FRAN**C**IS**C**V**S** KAFKA
V**I**R I**V**R**I**S P**E**R**I**T**V**S
S**C**R**I**P**T**OR E**X**S**V**PERANS
D**I**E T**E**R**T**I**O** M**E**N**S**I**S** I**V**N**I**I
E V**I**TA E**G**R**E**S**S**V**S**
A**E**TAT**I**S **X**L

M C M X X I V

Am 3. Juni starb der Jurist FRANZ KAFKA,
ein überragender Schriftsteller, im Alter von 40 Jahren.

1924

Franz Kafka

* 3. Juli 1883 in Prag, Österreich-Ungarn

† 3. Juni 1924 in Kierling, Österreich

Franz Kafka war ein deutschsprachiger Schriftsteller. Sein Hauptwerk bilden neben drei Romanfragmenten (*Der Process*, *Das Schloss* und *Der Verschollene*) zahlreiche Erzählungen. Kafkas Werke wurden zum größeren Teil erst nach seinem Tod und gegen seine letztwillige Verfügung von Max Brod veröffentlicht, einem engen Freund und Vertrauten, den Kafka als Nachlassverwalter bestimmt hatte. Kafkas Werke werden zum Kanon der Weltliteratur gezählt.

FRANCI SCVS GRA CVLV S VVLGO FRANZ KAFKA
 S CRIP TOR CELEBER STIRPE IVD AICA
 ANTE VIGINTI LV STRA
 III NONAS IVNIAS VITA DEC ESSIT
 SIT LEVIS TIBI TERRA

* * *

ANTE QVINQVIES VIGINTI ANNOS
 III NONAS IVNIAS VIVERE DESIIT
 FRANCI SCVS KAFKA
 VNVS E SCRIP TORIBVS INCLYTISSIMIS
 ORBIS TERRESTRIS

* * *

FRANCI SCVS KAFKA
 S CRIP TOR INGENIOSVS ET C REATOR IOSEPHI K.
 ANTE QVINQVIES VIGINTI ANNOS
 DIE TERTIO MENSIS IVNII
 E VITA EGRESSVS
 AETATIS SVAE XL

Am 3. Juni vor 100 Jahren starb
der (heutzutage) gefeierte Schriftsteller jüdischer Herkunft
FRANZ KAFKA (latinisiert „FRANCISCUS GRACULUS“).

Möge die Erde dir leicht sein.

* * *

Am 3. Juni vor 100 Jahren starb FRANZ KAFKA,
(heute) einer der berühmtesten Schriftsteller der Welt.

* * *

Am 3. Juni vor 100 Jahren starb
der geniale Schriftsteller FRANZ KAFKA,
Schöpfer von „Josef K.“,
im Alter von 40 Jahren.



Johanna Kirchner

geborene Stunz, zeitweise Johanna Schmidt

* 24. April 1889 in Frankfurt am Main

† 9. Juni 1944 in Berlin-Plötzensee

Johanna Kirchner war eine deutsche Kommunalpolitikerin und Widerstandskämpferin in der Résistance.

IOANNA KIRCHNER
 AVDAX PVGNATRIX THEODISCA
 CONTRA NAZISTAS RESISTENS
 ANTE QVATER VIGINTI ANNOS
 VIDVS IVNIAS BEROLINI OBTRVNATA

MMXXIV

Am 9. Juni vor 80 Jahren wurde
 die mutige deutsche Nazi-Widerstandskämpferin
 JOHANNA KIRCHNER
 in Berlin(-Plötzensee) enthauptet.

1933 musste die engagierte Antifaschistin Johanna Kirchner untertauchen, da ihre Mithilfe bei der Befreiung eines Nazigegners der Gestapo bekannt wurde und sie verhaftet werden sollte. Sie flüchtete ohne ihre Familie nach Saarbrücken, das damals noch unter der Verwaltung des Völkerbundes stand. Dort leitete sie das Saarflüchtlingskomitee, schrieb Pläne und Berichte für den SPD-Exilvorstand und produzierte und verbreitete illegale Flugblätter. Dabei half sie in einem Restaurant, das von Marie Juchacz, der Gründerin der Arbeiterwohlfahrt, geführt wurde. Nachdem 1935 das Saargebiet an das Deutsche Reich angeschlossen worden war, floh Johanna Kirchner weiter nach Forbach, Metz und schließlich Paris. Auch von hier aus unterstützte sie den Widerstand in Deutschland.

Obwohl Johanna Kirchner der SPD angehörte und ihre langjährige Freundin Lore Wolf illegale Arbeit für die KPD leistete, arbeiteten sie im Saargebiet eng zusammen, als sie die Emigration vieler Funktionsträger der Arbeiterbewegung aus dem Reich organisierten (siehe dazu Rote Hilfe Deutschlands). Damit verwirklichten sie nach Ansicht von Wolfgang Abendroth „die Einheit der Arbeiterbewegung in der antifaschistischen Arbeit“. Am 1. Februar 1937 wurde sie aus dem Deutschen Reich ausgebürgert.

1942 wurde Johanna Kirchner von der Vichy-Regierung verhaftet und an die Gestapo ausgeliefert. Sie wurde wegen Landesverrats zu zehn Jahren Zuchthaus verurteilt, doch 1944 wurde ihr Verfahren vom Volksgerichtshof erneut aufgenommen. Das Urteil wurde am 20. April 1944 zur Todesstrafe umgewandelt. Am 9. Juni 1944 wurde Johanna Kirchner in Berlin-Plötzensee hingerichtet.

Carl Haller von Hallerstein

* 10. Juni 1774 im Pflegeschloss Hiltpoltstein

† 5. November 1817 in Ambelakia, Thessalien, Griechenland

Carl Haller von Hallerstein war ein deutscher Architekt und früher Archäologe.



ANTE QVINQVAGINTA LVSTRA
 IV IDVS IVNIAS NATVS
 CARO LV S HALLER DE HALLERSTEIN
 ARCHITECTVS TETONICVS
 ATQVE ARCHAEOLOGVS SOLLERS

MMXXIV

Der deutsche Architekt und kunstfertige Archäologe
 CARL HALLER VON HALLERSTEIN
 wurde am 10. Juni vor 250 Jahren geboren.


Haller von Hallerstein. studierte Architektur an der Karls-Akademie in Stuttgart, anschließend bei D. und F. Gilly in Berlin. In Nürnberg errichtete er als Bauinspektor mehrere Wohnhäuser und malte Theaterdekorationen. Nach einem Aufenthalt in Italien (1808) ging er 1810 nach Griechenland und grub mit dem Engländer Ch. R. Cockerell die Giebelskulpturen des Aphaia-Tempels auf Aegina aus. 1812 entdeckte er mit seinem Freunde O. M. von Stackelberg die Reliefs des Apollon-Tempels in Bassae (Phigalia) in Arkadien. Während dieser Zeit war er im Auftrage des bayerischen Kronprinzen, des späteren Königs Ludwig I., mit architektonischen Entwürfen beschäftigt. Zu einer Walhalla zeichnete er einige Skizzen mit einem Peripteros klassizistischen Stils, die auf F. Gillys Entwürfe für ein Denkmal für Friedrich den Großen zurückgehen. Haller von Hallerstein s in Griechenland entwickelter Sinn für die Einheit von Natur und Bauwerk bestimmte den Gedanken, den Tempel auf einem Berge zu errichten. L. von Klenze griff später diese Idee mit dem Bau der Walhalla bei Regensburg auf. Haller von Hallerstein lieferte ferner Zeichnungen für eine Glyptothek in München, die aus einer Gruppe axial angeordneter Baukuben bestehen sollte. Deutlich wird hier das Erlebnis der Akropolis in Athen, das in Aufbau und Einzelform nachklingt. Er starb, während er im Auftrage der türkischen Regierung eine Brücke im Tempetal erbaute, – „ein deutscher Mann solchen Charakters, der sich wohl eher bei Plutarch und Tacitus, als in der Wirklichkeit des jetzigen Lebens wiederfindet“ (Brönsted, zitiert bei G. Rodenwaldt).

Quelle: <https://www.deutsche-biographie.de/pnd118701096.html>

Kawabata Yasunari

* 11. Juni 1899 in Osaka

† 16. April 1972 in Zushi



KAVVABATA YASVNARI
 SCRIPTOR NOBILIS IAPONICVS
 CENTVM VIGINTI QVINQVE ANNIS ANTE
 III IDVS IVNIAS OZACAE NATVS

MMXXIV

Der berühmte japanische Schriftsteller KAWABATA YASUNARI
 wurde am 11. Juni vor 125 Jahren in Osaka geboren.

Kawabata Yasunari war ein japanischer Schriftsteller. Er war 1968 der erste japanische Träger des Nobelpreises für Literatur, dessen Werk in einer nichteuropäischen Sprache verfasst war. Vor Kawabatas Auszeichnung war lediglich einem anderen Asiaten, dem Inder Rabindranath Tagore, der Literatur-Nobelpreis verliehen worden. Erst 26 Jahre später wurde mit Kenzaburō Ōe erneut ein japanischer Schriftsteller mit dem begehrten Preis ausgezeichnet.

Typisch für das Werk Kawabatas ist die fragmentarische Veröffentlichungsweise seiner Romane, die zunächst oft in Form von Skizzen in verschiedenen Zeitschriften erschienen. Erst nach verschiedenen Überarbeitungen erschienen diese Fragmente in einem Band. Kawabatas Sprache zeugt von höchster Sensibilität, hoher Intuition und großer Originalität. Dialoge verstummen oft nach Andeutungen, Bildfolgen sind gleichsam musikalisch komponiert. Die Traurigkeit des Menschen bei äußerem Unbeteiligtsein, ausführliche erotische Szenen, weibliche Schönheit, die Magie altjapanischer Traditionen und Mythen und vor allem die Paradoxie des passiven Akteurs prägen sein Werk, das als schwer übersetzbar gilt.

Quelle: Wikipedia

Margret Hofheinz-Döring

* 20. Mai 1910 in Mainz

† 18. Juni 1994 in Bad Boll

Margret Hofheinz-Döring war eine deutsche Malerin und Grafikerin. Sie schuf rund 9.000 Bilder, die in mehr als hundert Ausstellungen gezeigt wurden. In ihrer experimentellen „Strukturalmalerei“ übermalte sie Stoff-Collagen und den Bildrahmen. Überregional bekannt wurde sie durch mehrere in unterschiedlichen Techniken erarbeitete Bildzyklen zu Goethes „Faust“.



MARGARETA HOFHEINZ DOERING
 PICTRIX PRAECIPVA
 AC BONA ARTIFEX GRAPHICES
 TRIGINTA ANNIS ANTE OBIIIT
 AETATIS LXXXIV

MMXXIV

Vor 30 Jahren starb die vorzügliche Malerin und gute Grafikerin
MARGRET HOFHEINZ-DÖRING im Alter von 84 Jahren.

Anne Frank

* 12. Juni 1929 in Frankfurt am Main

† Februar oder Anfang März 1945 im KZ Bergen-Belsen



ANTE NONAGINTA QVINQVE ANNOS
 PRIDIE IDVS IVNIAS
 ANNA FRANK FRANCOVRTI NATA
 PVELLA SAGAX
 AVCTRIX DIARII CELEBRIS EVASIT

MMXXIV

Am 12. Juni vor 95 Jahren wurde ANNE FRANK in Frankfurt geboren.
 Das kluge Mädchen wurde zur Verfasserin eines bekannten Tagebuches.

Anne Frank war eine deutsche Jüdin, die 1934 mit ihren Eltern und ihrer Schwester Margot aus Deutschland in die Niederlande auswanderte, um der Verfolgung durch die Nationalsozialisten zu entgehen, und kurz vor dem Kriegsende dem Holocaust zum Opfer fiel. Von Juli 1942 bis August 1944 lebte sie mit ihrer Familie versteckt in einem Hinterhaus in Amsterdam. Dort hielt sie ihre Erlebnisse und Gedanken in einem Tagebuch fest, das nach dem Krieg als Tagebuch der Anne Frank von ihrem Vater Otto Frank veröffentlicht wurde.

Das Tagebuch gilt als ein historisches Dokument aus der Zeit des Holocausts und die Autorin als Symbolfigur gegen die Unmenschlichkeit des Völkermordes in der Zeit des Nationalsozialismus.


Quelle: Wikipedia

Theodor Däubler

* 17. August 1876 in Triest, Österreich-Ungarn

† 13. Juni 1934 in St. Blasien, Schwarzwald

Theodor Däubler war ein österreichisch-deutscher Schriftsteller, Epiker, Lyriker, Erzähler und Kunstkritiker.



THEODORVS DAEVBLER
 SCRIPTOR ATQVE POETA
 EXPRESSIONISTA INCLYTVS
 TER TRIGINTA ANNIS ANTE
 IDIVS IVNIIS VITA CESSIT
 AETATIS SVAE LVII

MMXXIV

Am 13. Juni vor 90 Jahren starb der Schriftsteller und Dichter
 THEODOR DÄUBLER, ein berühmter Expressionist,
im Alter von 57 Jahren.

Giorgio Morandi

* 20. Juli 1890 in Bologna

† 18. Juni 1964 in Bologna

Giorgio Morandi war ein italienischer Maler und Grafiker, der vor allem für seine Stilleben zu weltweiter Anerkennung gelangte.



GEORGIVS MORANDI
 PICTOR ILLVSTRIS
 BIS TRIGINTA ANNIS ANTE
 XIV KAL. IVLIAS
 BONONIAE VITA CESSIT
 AETATIS LXXIII

* * *

GEORGIVS MORANDI
 EGREGIVS PICTOR ITALICVS
 SEXAGINTA ANNIS ANTE
 XIV KAL. QVINTILES
 BONONIAE E VITA EXCESSIT

MMXXIV

Am 18. Juni vor 60 Jahren starb in Bologna
 der berühmte Maler GIORGIO MORANDI
 im Alter von 73 Jahren.

* * *

Der hervorragende italienische Maler GIORGIO MORANDI
 starb am 18. Juni vor 60 Jahren in Bologna.

Niccolò Leonicens

(latinisiert Nicolaus Leonicens und Nicolaus Leonicens Vicentinus)

* 1428 in Lonigo bei Vicenza

† 19. Juni 1524 in Ferrara

NICOLAVS LEONICENS

MEDICVS STRENVVS

PHILOSOPHVS

INTERPRES SAGAX

QVINGENTIS ANNIS ANTE

EX VITA EGRESSVS

MMXXIV

Der tüchtige Mediziner, Philosoph und scharfsinnige Übersetzer

NICCOLÒ LEONICENO starb vor 500 Jahren.

Niccolò Leonicens war ein italienischer Mediziner, Medizinschriftsteller, Übersetzer, Philosoph, Grammatiker und Humanist. Er gilt mit seinen Textedition als Vertreter der sogenannten philologischen Mediziner und wirkte als Hochschullehrer in Padua, Bologna und Ferrara.

Im Jahr 1490 kritisierte er Avicenna (Ibn Sina) bzw. die „arabistische Tradition“ in einem seiner Schreiben an den mit ihm befreundeten Florentiner Kollegen Angelo Poliziano. Er setzte sich für die Herausgabe der griechischen medizinischen Werke, insbesondere der Schriften von Hippokrates und Galen, in der Originalsprache ein. Leonicens entdeckte und publizierte zudem Fehler in der *Naturalis historia* Plinius' des Älteren, die er auf dessen mangelndes Verständnis der griechischen Quellen zurückführte.

Er war Grammatiker und ein Pionier bei der korrekten Übersetzung von altgriechischen und arabischen medizinischen Texten ins Lateinische, beispielsweise von Galen und Hippokrates von Kos. Als Grammatiker verfasste er die Lehrbücher *De octo partibus orationis* und den *Libellus de Arte metrica*. Beide Werke sind Meisterwerke und frühe Inkunabeln der Didaktik. Im 15. Jahrhundert waren die Medizinvorlesungen an die Kenntnis und Interpretation der antiken Autoren gebunden. Daher war die Lehre auf beide Disziplinen erweitert. Im Jahr 1497 beschrieb Leonicens erstmals in einer gelehrten Abhandlung die Syphilis.

Sein Schüler und Nachfolger in Ferrara war Johannes Manardus. Zu den Schülern von Leonicens in Ferrara gehörte auch Paracelsus, der dort 1516 in Medizin promoviert wurde.

Quelle: Wikipedia

Lavinia Schulz

* 23. Juni 1896 in Lübben (Spreewald)

† 19. Juni 1924 in Hamburg

Lavinia Schulz war eine deutsche expressionistische Schauspielerin und Maskentänzerin.



LAVINIA SCHVLZ
 A C T R I X E X P R E S S I O N I S T I C A
 S A L T A T R I X C E L E B R I S
 C E N T V M A N N I S A N T E
 X I I I K A L . I V L I A S E V I T A E X C E S S I T
 A E T A T I S S V A E X X V I I
 M M X X I V

Am 19. Juni vor 100 Jahren starb die expressionistische Schauspielerin
**und gefeierte (Masken-)Tänzerin LAVINIA SCHULZ im Alter von 27
 Jahren.**

Juan Carlos Onetti

* 1. Juli 1909 in Montevideo
† 30. Mai 1994 in Madrid

Juan Carlos Onetti war ein uruguayischer Journalist, Bibliothekar und Schriftsteller.



IOANNES CAROLVS ONETTI
DIVRNARIVS AC SCRIPTOR INSIGNIS VRVGVAIANVS
QVINQVIES SEX ANNIS ANTE
DE VITA DECESSIT

* * *

IOANNES CAROLVS ONETTI
DIVRNARIVS ATQVE SCRIPTOR INGENIOSVS
SEX LVSTRIS ANTE
III KAL. IVNIAS
MATRITIE X VITA EGRESSVS
AETATIS SVAE LXXXIV
R.I.P.

MMXXIV

Der Journalist und ausgezeichnete uruguayische Schriftsteller
JUAN CARLOS ONETTI starb vor 30 Jahren.

* * *

Am 30. Mai vor 30 Jahren starb in Madrid JUAN CARLOS ONETTI,
ein Journalist und talentierter Schriftsteller, im Alter von 84 Jahren.

Möge er in Frieden ruhen.

Giorgio Vasari

* 30. Juli 1511 in Arezzo

† 27. Juni 1574 in Florenz



Giorgio Vasari, *Porträt von Alessandro de' Medici*
(1534; Öl auf Tafel, 157 x 114 cm; Florenz, Uffizien)

GEORGIVS VASARIVS
P I C T O R E G R E G I V S
A R C H I T E C T V S I N G E N I O S V S
A R T I S H I S T O R I C V S E X S V P E R A N S
N O N A G I N T A L V S T R I S A N T E O B D O R M I V I T

* * *

GEORGIVS VASARIVS
D I S C I P V L V S M I C H E L A N G E L I
N O N I E S Q V I N Q V A G I N T A A N N I S A N T E
V K A L . I V L I A S E X S P I R A V I T

M M X X I V

Vor 450 Jahren starb GIORGIO VASARI,
ein hervorragender Maler, talentierte Architekt
und überragende Kunsthistoriker.

* * *

GIORGIO VASARI, ein Schüler von MICHELANGELO,
starb am 27. Juni vor 450 Jahren.

Giorgio Vasari

* 30. Juli 1511 in Arezzo

† 27. Juni 1574 in Florenz



GEORGIVS VASARIVS
 ARTIFEX ITALICVS
 PICTOR INSIGNIS
 ARCHITECTVS NOTVS
 ARTIS HISTORICVS SVBTILIS
 QVADRINGENTIS QVINQVAGINTA ANNIS ANTE
 VKAL. IVLIAS FLORENTIAE VITA DISCESSIT
 AETATIS SVAE LXII

MMXXIV

Der italienische Künstler GIORGIO VASARI
 war ein ausgezeichnete Maler und bekannter Architekt
 sowie ein scharfsinniger Kunsthistoriker.
 Am 27. Juni vor 450 Jahren starb er 62jährig in Florenz.

Giorgio Vasari war ein italienischer Architekt, Hofmaler der Medici und Biograph italienischer Künstler. Er schuf als Architekt und Maler beachtliche Werke, ist heute aber vor allem als „der erste Kunsthistoriker“ und „Vater der Kunstgeschichte“ bekannt. Er beschrieb das Leben und Werk zahlreicher italienischer Maler, Bildhauer und Architekten. Seine gesammelten Künstlerbiographien (Le vite, „die Viten“), die er Cosimo I. de' Medici widmete, gelten als sein Hauptwerk. Sie erschienen 1550 und in einer zweiten, erweiterten Ausgabe 1568, jeweils in Florenz. Die Begriffe Gotik, Renaissance und Manierismus gehen direkt oder indirekt auf Vasaris „Le vite“ zurück.

Quelle: Wikipedia

Johann Baptist Homann

* 20. März 1664 in Oberkammlach, heute Teil von Kammlach im Landkreis Unterallgäu
 † 1. Juli 1724 in Nürnberg

Johann Baptist Homann war ein deutscher Kartograph, Verleger, Kupferstecher und fertigte Globen.

IOANNES BAPTISTA HOMANN
 CARTOGRAPHVS SOLLERS
 TRECENTIS ANNIS ANTE
 KAL. IULIIS DE VITA CESSIT
 * * *

IOANNES BAPTISTA HOMANN
 CARTOGRAPHVS ILLUSTRIS
 QVINQUESSEXAGINTA ANNIS ANTE
 KAL. QUINTILIBVS DE VITA CESSIT
 AETATIS SVAE LX
 * * *

IOANNES BAPTISTA HOMANN
 BONVS CARTOGRAPHVS FVIT QVI GLOBOS FECIT
 SEXAGINTA LVSTRIS ANTE
 KAL. IULIIS VIVERE DESIIT
 AETATIS LX

MMXXIV

Der geschickte Kartograph JOHANN BAPTIST HOMANN
 starb am 1. Juli vor 300 Jahren.

* * *

Am 1. Juli vor 300 Jahren starb der berühmte Kartograph
 JOHANN BAPTIST HOMANN im Alter von 60 Jahren.

* * *

JOHANN BAPTIST HOMANN war ein großer Kartograph, der auch Globen anfertigte.
Am 1. Juli vor 300 Jahren starb er im Alter von 60 Jahren.

Friedrich Gottlieb Klopstock

* 2. Juli 1724 in Quedlinburg

† 14. März 1803 in Hamburg

ANTE SE **XI**ES Q**VI**NQ**V**AG**I**NTA ANNOS
DIE SE **CV**N**DO** **IV**L**II** NAT**V**S
 FRE**D**ER**IC**V**S** THEOPH**IL**V**S** KL**OP**STO**C**K
 V**A**TES E**X**S**V**PERANS

* * *

ANTE Q**VI**NQ**VI**ES SE **X**AG**I**NTA ANNOS
VI NONAS Q**VI**NT**IL**ES NAT**V**S
 FRE**D**ER**IC**V**S** THEOPH**IL**V**S** KL**OP**STO**C**K
 NOT**V**S V**A**TES V**E**NERAB**IL**IS
 AETAT**IS** SENT**IM**ENT**AL**ITAT**IS**

MMXXIV

Der überragende Dichter FRIEDRICH GOTTLIEB KLOPSTOCK
 wurde am 2. Juli vor 300 Jahren geboren.

* * *

Am 2. Juli vor 300 Jahren wurde FRIEDRICH GOTTLIEB KLOPSTOCK geboren,
 der bekannte ehrwürdige Dichter der Empfindsamkeit.

Friedrich Gottlieb Klopstock war ein deutscher Dichter und ein wichtiger Vertreter der Empfindsamkeit.

Klopstock gilt als Begründer der Erlebnisdichtung und des deutschen Irrationalismus. Sein Wirken erstreckte sich über große Teile der Epoche der Aufklärung. Er war aber nicht wie die meisten Aufklärer der Vernunft verpflichtet, sondern wird der sogenannten Empfindsamkeit zugerechnet. 1779 prägte er den Begriff der Innerlichkeit, die er als eines von neun Elementen poetischer Darstellung bezeichnete: „Innerlichkeit, oder Heraushebung der eigentlichen innersten Beschaffenheit der Sache.“ Des Weiteren gilt er als ein bedeutender Wegbereiter für die Bewegung des Sturm und Drang.

CHRONOGRAMMATA
QUAE SUPRA INVENIUNTUR
ARTIFICIOSE COMPOSITA
SUNT
A
TOBIA RÖSSLER

PSEUDOPANDEMIA & PSEUDOVACCINATIO VOS PARTICIPASTIS !

ECCE CINEMATA INTERRETIALIA

QUAE SPECTANT

AD **PSEUDOPANDEMIAM** ATQUE **PSEUDOVACCINATIONEM**

SCANDALON MEDICINAE ET POLITICAE ET SOCIETATIS

INEXAUDITUM

<https://www.youtube.com/watch?v=VOMuS2WsvQ4>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 1 - Die Welle

<https://www.youtube.com/watch?v=GakAvUsfAVI>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 2 - Ein Akt der Liebe

https://www.youtube.com/watch?v=84FW9_pm-Yc

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 3 - Der Schmetterlingseffekt

<https://www.youtube.com/watch?v=-Zg1u5yAVRg>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 4 - Die VIP "Experten"

https://www.youtube.com/watch?v=Yw3L_183ydI

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 5 - Lang lebe die Impfung !

<https://www.youtube.com/watch?v=ALGfY5113fs>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 6 - Impfen boostern volle Pulle !

<https://www.youtube.com/watch?v=PnGuOaXoM78>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 7 - Dein Freund und Helfer

<https://www.youtube.com/watch?v=J5GjPa58XKI>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 8 - Tyrannei der Ungeimpften

<https://www.youtube.com/watch?v=JbzFnM-KL8Q>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 9 - Die Plandemie ist vorbei

<https://odysee.com/@Mad-In-Germany:d/ihrhabtmithgemacht-episode-10-sie-haben:1?r=CACrpkL92uNkJoDodEaYB6d3Bps4BU7w>

| Episode 10 - Sie haben nicht mitgemacht

<https://rumble.com/v26np6f-ihrhabtmithgemacht-episode-11-vergeben-und-vergessen-.html>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 11 - vergeben und vergessen?

<https://www.youtube.com/watch?v=ujT1GX4UYeI>

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 12 - Herdenimmunität

107.534 Aufrufe Premiere am 28.01.2023

https://www.youtube.com/watch?v=Yqv_OM1xM6c

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 13 - Oster-Armageddon

https://www.youtube.com/watch?v=nym_jggkgqM

[#IhrHabtMitgemacht](#) | Episode 14 Finale | Wir werden einander viel verzeihen müssen

<https://www.youtube.com/watch?v=njsuMCmtP4o>

[#IhrHabtMitgemacht](#) Folge 15 - REACTION



STEVE BANNON

NAOMI WOLF





ECCE **ALBERTUS GRAECULUS** **VENEFICUS** & VETERINARIUS



EU Prosecutor Confirms Ongoing Investigation into Ursula von der Leyen's Dealings with Albert Bourla

NIHIL NISI **PUNCTIUNCULA**



PRAECONATIO VACCINATORIA¹



Prof. Dr. Klaus Cichutek²

*1956, Praeses Instituti Pauli Ehrlich



„Olivia Jones“ alias Oliver Knöbel³

*1969, transvestita & auctor libri puerilis



Ephemeris, c.t. „Bild“⁴

1 Praeconatio vaccinatoria: (Nil nisi) punctiuncula – (sed) magnus effectus.

2 „Punctiuncula protegit contra gravem morbum contagiosum, qui detrimenta corporis efficit aut procedere potest mortiferê. Vaccina, quae permisimus, nullam habent dubitationem et sunt permagnae efficaciae.“

3 „Parva punctio – magna libertas! Tolle manicam, ut vaccineris!“

4 „Punctiuncula Margaritulae (nonagenariae), magnus gradus generi humano.“

... SED EFFECTUS VEHEMENS !



ECCE HERPES ZOSTER VACCINO COVIDIANO EFFECTUS

EFFECTÛS VACCINATIONIS COVIDIANAE SECUNDARII (II)



MYOCARDITIS



Neurologia. 2021;36:567-8

PARALYSIS NERVI FACIALIS



THROMBOSIS VENARUM CEREBRALIUM

EFFECTÛS VACCINATIONIS COVIDIANAE SECUNDARII (III)




PARALYSIS LANDRYANA sive SYNDROME GUILLAIN-BARRÉ-STROHL

<https://www.thelancet.com/article/S1474-4422%2821%2900416-6/fulltext>



EFFECTÛS VACCINATIONIS COVIDIANAE SECUNDARII (IV)




CANCER VACCINO COVIDIANO RAPIDÈ ACCELERATUS

https://www.researchgate.net/figure/Maximum-intensity-projection-images-of-18-F-FDG-PET-CT-at-baseline-8-Sept-and-22-days_fig1_356673842
 Figure 1. Maximum-intensity-projection images of ^{18}F -FDG PET/CT at baseline (8 Sept) and 22 days later (30 Sept), 8 days after BNT162b2 mRNA vaccine injection in right deltoid. 8 Sept: hypermetabolic lymph nodes mainly in the supra-clavicular, cervical, and left axillary regions; restricted gastro-intestinal hypermetabolic lesions. 30 Sept: Dramatic increase in nodal and gastro-intestinal hypermetabolic lesions. Asymmetrical metabolic progression in the cervical, supra-clavicular and axillary area, more pronounced on the right side.

EXPLICATIO LATINA:

Ecce imagines intensitatis maximae tomographiâ computatrali positronia emittendi (PET/CT) receptae. Talis tomographia solet adhiberi ad locos cancosos inveniendos, qui apparent propter activitatem suam *hypermetabolicam*, quâ sint calidiores. Patienti per venam iniecta est solutio glycosi fluorici dysoxydati, cuius fluorum est isotopium 18 particularum nuclearium (9 protoniorum et 9 neutroniorum) ideoque radioactivum (vulgare fluorum habet 19 particulas nucleares): ^{18}F -FDG.



GLYCOSUM FLUORICUM DYSOXYDATUM

Isotopia radioactiva a biologicis et medicis adhibentur ad substantias signandas, ut corpori si sunt inditae, possint observari. Vaccinum covidianum **d.8. m.Sept.** siphunculo iniectum est dextro musculo deltoideo. Eo die observati sunt nodi lymphatici hypermetabolici praecipuè in regionibus supraclaviculari, cervicali, axillari sinistrâ necnon laesiones gastro-intestinales hypermetabolici restricti. - **D.22. m.Sept.** vaccinum iniectum est redintegrativum (*vaccine booster*). - Octo diebus postea, i.q. **d. 30. m.Sept.**, nova imago tomographica est recepta: Nunc observatur **augmentum dramaticum hypermetabolicarum laesionum nodalium et gastro-intestinalium**. Progressio metabolica asymmetrica facta est in areis cervicali, supraclaviculari, axillari, insignior in latere dextro. Apparet cancrum spatio 8 dierum rapidè exactum esse.

Vide cinemata sequentia, in quibus pathologi referunt de morbo cancri vaccinatione covidianâ exorto et rapidè exacto:

Pathologist Ute Kruger: COVID Vaccines & Turbo Cancer (Pathological Evidence With English Subtitles)

<https://rumble.com/v1eth6h-pathologist-ute-kruger-covid-vaccines-and-turbo-cancer-pathological-evidenc.html>

Schock: Pathologe stellt 20-fachen Anstieg von Krebs bei Geimpften fest

<https://www.extremnews.com/berichte/gesundheit/9dcd18523a6daf2>

<https://tkp.at/2021/10/15/erhoehte-krebsgefahr-durch-covid-impfungen/>

EPILOGUS: NONNULLA VERBA ALATA

GEFÄHRLICH IST'S DEN LEU ZU WECKEN
 GEFÄHRLICH IST DES TIGERS ZAHN.
 JEDOCH DER SCHRECKLICHSTE DER SCHRECKEN
 DAS IST DER MENSCH
 IN SEINEM WAHN.
FRIEDRICH SCHILLER, DIE GLOCKE

'How many fingers, Winston?'

'Four! Stop it, stop it! How can you go on? Four! Four!'

'How many fingers, Winston?'

'Five! Five! Five!'

'No Winston, that is no use. You are lying. You still think there are four. How many fingers, please?'

'Four! Five! Four! Anything you like. Only stop it, stop the pain!'

Abruptly he was sitting up with O'Brien's arm round his shoulders. He had perhaps lost consciousness for a few seconds. The bonds that had held his body down were loosened. He felt very cold, he was shaking uncontrollably, his teeth were chattering, the tears were rolling down his cheeks. For a moment he clung to O'Brien like a baby, curiously comforted by the heavy arm round his shoulders. He had the feeling that O'Brien was his protector, that the pain was something that came from outside, from some other source, and that it was O'Brien who would save him from it.

'You are a slow learner, Winston,' said O'Brien gently.

GEORGE ORWELL, NINETEEN EIGHTY-FOUR.

MUNDUS VULT DECIPI:

ERGO DECIPIATUR.

**Et tunc scandalizabuntur multi et invicem tradent et odio habebunt
 invicem et multi **pseudoprophetae** surgent et seducent multos et
 quoniam abundabit iniquitas refrigescet caritas multorum qui autem
 permanserit usque in finem hic salvus erit**

(MATTHAEUS 24)

NONNULLA **PSEUDOPANDEMICA & **PSEUDO**VACCINATORIA
 IN MEMORIAM TIBI REVOCAVIT
LEO LATINUS**

<https://www.pressenza.com/de/2023/05/warum-eine-freilassung-von-julian-assange-entscheidend-fuer-unsere-zukunft-ist/>

LIBERATIO IULIANI ASSANGE¹ QUANTUM VALEAT AD LIBERTATEM NOSTRAM



JULIAN ASSANGE (*1971)

**RIMATOR ET REVELATOR SCELERUM
A CIVITATUM UNITARUM MILITIBUS ET
SPECULATORIBUS SECRETIS COMMISSORUM
EX QUATTUOR ANNIS LONDINII
INCARCERATUS**

1 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Julian_Assange: „Julian Paul Assange [əˈsɑːnz] (*3.Juli 1971 als *Julian Hawkins* in Townsville, Queensland) ist ein australischer investigativer Journalist, Politaktivist, ehemaliger Computerhacker, Programmierer und Gründer sowie Sprecher der Enthüllungsplattform WikiLeaks. Diese sammelt Dokumente von Regimekritikern und Whistleblowern aus vielen Ländern der Welt und stellt sie online zur Verfügung. Damit sollen illegale und unethische Aktivitäten von Regierungen und Institutionen der Öffentlichkeit zugänglich gemacht werden. Dafür erhielt Julian Assange zahlreiche Auszeichnungen, darunter den Amnesty International Media Award (2009), den Global Exchange Human Rights Award (2013), den Stuttgarter Friedenspreis (2020) und den Konrad-Wolf-Preis (2023). - Assange steht derzeit in den USA unter Anklage, wo ihn bis zu 175 Jahre Haft erwarten. Das Auslieferungsverfahren von Großbritannien in die USA dauert seit mehreren Jahren an und wird in der Öffentlichkeit kontrovers diskutiert. Laut Anklageschrift der US-Regierung hat Assange sich an der illegalen Beschaffung und Veröffentlichung geheimer Unterlagen des US-Militärs beteiligt und dadurch das Leben von Informanten im Nahen und Mittleren Osten sowie in China in Gefahr gebracht. Zahlreiche Medienvertreter halten hingegen die Publikation von offenbaren Kriegsverbrechen der US-Armee, die im Sinne der Pressefreiheit gerechtfertigt sei, für das Motiv des Verfahrens gegen ihn.“



BEROLINI ANTE PORTAM BRANDENBURGICAM

HOMINES MANIFESTANT SE POSTULARE

UT TANDEM LIBERETUR

IULIANUS ASSANGEUS.

D.09. m.Maio a.2023 orationem habuit *Fabianus Scheidler*, in Latinum convertit *Leo Latinus In Diem Libertatis Diurnariorum Fabian Scheidler ante Portam Brandenburgicam orationem habuit pro Iuliano Assangeo liberando, quae sequitur.*

Vivimus in mundo pravo et perverso. *Iulianus Assangeus* diurnarius investigando revelavit *scelera bellica*. At nullus illorum hominum, qui ista scelera commiserunt, umquam est accusatus, immo umquam condemnatus.

E contrario is qui scelera illa revelavit, ex 4 annis sub condicionibus inhumanis vivit incarceratus *Londinii*, in *Carcere Securitatis Maioris Belmarshiano*¹. *Nicolaus (Nils) Melzer*, ab a.2016 usque ad a.2022 relator *Nationum Unitarum* extraordinarius *torturae*, conclusit *Assangei* incarcerati tractationem esse *torturam*.

¹ cfr https://en.wikipedia.org/wiki/HM_Prison_Belmarsh: „His Majesty's Prison Belmarsh is a [Category A](#) men's prison in [Thamesmead](#), [southeast London](#), England. The prison is used for high-profile cases, particularly those concerning national security. Within the grounds is the **High Security Unit (HSU)**, which consists of 48 single cells. ...“

Iulianus Assangeus neque in Britannîâ Magnâ neque aliâ in terrâ Europae neque in Australiâ patriâ suâ est alicuius sceleris accusatus. Qui sedet in custodiâ nullâ aliâ causâ nisi quia **Civitates Unitae** postulant eius traditionem, ut accusetur secundum draconeam legem speculationis Primo Bello Mundano latam et in carcerem includatur et ibidem maneat per reliquam vitae suae partem. At *Assangeus* non est speculator, sed diurnarius et egit more diurnarii. Si îdem tradetur et condemnabitur, ideo fiet **casus praecedentiae** periculosus.



Si ita factum erit, omnis diurnarius ubique terrarum timebit, ne in carcerem coniciatur ibique maneat per reliquam vitae suae partem, si sordida secreta gubernationum revelaverit. Hôc modo libertas diurnariorum finietur, qualem novimus. **Rimis informativis**² et relationibus, quas faciunt diurnarii audaces, contribui potest ad bella finienda.

Quare *Iulianus Assangeus* sedet in carcere? Qui est in carcere, quia demonstravit, quid reverâ fieret in bellis nostris, in Iraciâ, Afghanistaniâ et alicubi. Bellum et mendacium artissimê inter se cohaerent. Bella non possunt geri sine mendaciis, quia plerique populi ista bella recusant, simulatque noverint, quid in istis bellis fiat.

Gubernationes generaliter numquam veritatem dicunt de bellis, quia alioquin non iam adjuvarentur a populis suis.

Etiam **diurnarii exercitui impositi**³ nobis non narrant veritatem de bellis. Post calamitatem **Belli Vietnamici** variae methodi sunt excogitatae, quibus diurnarii non

2 **rîma** +**infôrmâtîva** i.q. angl. *data leak, information leak*; theod. *Datenleck, Informationsleck*.

3 **diurnârius exercitui impositus** i.q. angl. *embedded journalist*.

ad loca bellica admittebantur nisi exercitui impositi, i.e. militibus comitantibus. Hoc experti sumus in Iraciâ et Afghanistaniâ et aliis in terris.

Pauci tantum diurnarii possunt spectare loca post siparia scaenae bellicae sita. Eo maioris momenti sunt *rimae informativae*, eo praestantiores sunt *fontes fide digni*, eo praestantiores sunt tales diurnarii qualis est *Julianus Assangeus*.

Quaecumque natione bella geruntur, maximê valet referre veritatem sordidam bellorum, ne talia bella in futurum denuo gerantur. Ut hoc accuratius explicem, nonnulla afferam exempla historica.

In **Bello Vietnamico** relationes, quas scripserunt audaces diurnarii saepe utentes fontibus anonymis aut rimis informativis, maximê valuerunt ad caedes cruentissimas finiendas. Unum ex exemplis gravissimis est historia scelerum bellicorum in **My Lai** vico Vietnamico commissorum, quam **a.1969** revelavit **Seymour Hersh**. Illo tempore milites Americani aliquot centum inermes homines civiles, praesertim mulieres et infantes huius vici incolas trucidaverunt. Haec historia huiusque imagines atrocissimae maximê valuerunt ad affectum animorum ita mutandum, ut populus Civitatum Unitarum magnam partem bellum vietnamicum recusarent.

Alia revelatio gravissima spectavit ad **Chartas Pentagoni**⁴, quae ope diurnariorum publicatae sunt a revelatore **Daniele Ellsberg**. Ex iisdem Chartis patefactum est complures gubernationes Americanas populum systematicê mendaciis fefellisse de causis et quantitate et methodis belli gerendi. Emanavit non solum bombas iniectas esse in **Vietnamiam**, sed etiam in **Laotiam** et **Cambodiam**. Aestimatur in isto bello in summâ mortuos esse tres quattuorve miliones hominum.

Hae relationes et fontes magnam partem anonymae maximum contribuerunt ad **Bellum Vietnamicum** finiendum. Postea patefacta sunt **programmata secreta**, quibus **CIA officium Americae secretum** illegaliter exploravit vitam civium Americanorum. His revelationibus iterum a **Seymour Hersh** perfectis **a.1975** instituta est **Commissio Churchiana**⁵, ut officia secreta custodirentur a **parlamento** - quod fuit gradus ad democratiam servandam gravissimus faciendus. Cum autem post d.11. m.Sep. incohatum esset **Bellum Contra Tromocratiam Gerendum**⁶, experti sumus novam

4 cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/Pentagon-Papiere>: „Die **Pentagon-Papiere** (**englisch** *United States-Vietnam Relations, 1945–1967: A Study Prepared by the Department of Defense*, kurz **Pentagon Papers**) sind eine geheime Studie des **US-Verteidigungsministeriums**, deren auszugsweise Veröffentlichung durch die Presse im Jahr 1971 die Öffentlichkeit über systematische **Desinformation** der Regierung zu der Rolle der USA im **Vietnamkrieg** aufklärte und wesentlich zur Beendigung des Krieges beitrug.“

5 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Church_Committee: „Als **Church Committee** wird der **Sonderausschuss des US-Senats zur Untersuchung des Regierungshandelns mit Bezug zu Aktivitäten der Nachrichtendienste** (*United States Senate Select Committee to Study Governmental Operations with Respect to Intelligence Activities*) im Jahr 1975 bezeichnet. Der Name stammt vom Vorsitzenden des Ausschusses **Frank Church**, einem **demokratischen** Senator aus **Idaho** ...“

6 cfr https://en.wikipedia.org/wiki/War_on_terror: „The **war on terror**, officially the **Global War on Terrorism** (**GWOT**),^[2] is a global military campaign initiated by the **United States** following the **September 11 attacks** and is the

phasin bellorum. A.2004 *Seymour Hersh* eo tertiâ vice optimê meritis est de iuribus humanis, quod patefecit *torturas* a gubernatione Americanâ in **Abu Ghraib** carcere Iraciano⁷ institutas.

„*Quare non satis est pro certo habere apathiam Germanorum erga hoc bellum*“

VICIRIMA et *Iulianus Assangeus* sunt novissimi stantes in longo hōc ordine nobis tradito *revelatorum* atque *rimatorum*, quibus patefacta sunt *scandala et iurum humanorum violationes*. Annis 2010 - 2011 **VICIRIMA**, praecipuê a **Chelsea Manning**⁸ certior facta permulta scelera gubernationum nostrarum patefecit, quibus consternatus est orbis terrarum. Inventum est documentum, quo apparuit, quomodo CIA officium Americae secretum conabatur affectum animorum in Germaniâ et Francogalliâ sic mutare, ut cives comprobarent Bellum Afghanistaniense. Superscriptione quadam huic documento inditâ patefit, quomodo agatur in hōc documento: „*Quare non satis sit pro certo habere apathiam Germanorum erga hoc bellum*“: CIA studuit homines informationibus manipulativis sic commovere, ut comprobarent milites occidentales in Afghanistaniam mitti ibique pugnatos.

Summa consternatio atque indignatio publica est effecta publicatione **Scopocinematis Homicidii Collateralis**⁹. Receptionibus acusticis atque opticis ex helicoptero americano factis patefactum est, quomodo milites Americani sclopetis iaculati essent in homines civiles, inter quos etiam fuerant duo diurnarii **Reutersiani**, necnon quomodo iidem milites hilariter inter se collocuti essent, quonam modo illos homines quam commodissimê possent interficere.

Superstites conati sunt unum ex diurnariis graviter vulneratum servare, sed milites iterum in eundem sclopetaverunt, idque tam diu, usque dum diurnarius mortuus esset. In autocineto fuerunt duo infantes, qui etiam telis graviter violati servati sunt. Hoc nihil est nisi parva scaena dramatis istius belli atrocissimi. At indignatione ubiquitariâ cognoscimus, quid fiat veritate talis belli sordidissimâ publicatâ. Nam eâdem acceptâ

most recent [global conflict](#) spanning [multiple wars](#). The main targets of the [counterterrorist](#) campaign are [militant Islamist](#) movements like [Al-Qaeda](#), [Taliban](#) and their allies. Other major targets included the [Ba'athist](#) regime in [Iraq](#), which was deposed in an [invasion in 2003](#), and various militant factions that fought during the [ensuing insurgency](#)...”

7 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Zentralgef%C3%A4ngnis_Bagdad: „Das **Zentralgefängnis Bagdad** (früher *Abu-Ghuraib-Gefängnis*; [arabisch](#) سجن أبو غريب *Sidschn Abū Ghuraib*, [DMG](#) *Siġn Abū Ġurayb*) war bis Februar 2014 ein [Gefängnis-Komplex](#) in [Abu Ghuraib](#) im [Irak](#). Schon zu Zeiten [Saddam Husseins](#) war das Abu-Ghuraib-Gefängnis wegen seiner [Folter-Praktiken](#) berüchtigt. Außerdem sollen dort regelmäßig [Hinrichtungen](#) stattgefunden haben. - Nach dem [dritten Golfkrieg](#) rückte das Gefängnis 2004 in den Blickpunkt der Öffentlichkeit, als bekannt wurde, dass die US-Besatzungstruppen dort irakische Insassen vergewaltigten, misshandelten und folterten, oft bis zum Tod.

8 cfr https://en.wikipedia.org/wiki/Chelsea_Manning: **Chelsea Elizabeth Manning** (born **Bradley Edward Manning**, December 17, 1987) is an American activist and [whistleblower](#). She is a former [United States Army](#) soldier who was convicted by [court-martial](#) in July 2013 of violations of the [Espionage Act](#) and other offenses, after disclosing to [WikiLeaks](#) nearly 750,000 classified, or unclassified but sensitive, military and diplomatic documents. She was imprisoned from 2010 until 2017 when her sentence was [commuted](#) by [President Barack Obama](#). A [trans woman](#), Manning said in 2013 that she had a female [gender identity](#) since childhood and wanted to be known as Chelsea Manning...”

9 cfr <https://collateralmurder.wikileaks.org/>: „**Collateral Murder Video**. 5th April 2010 10:44 EST WikiLeaks has released a classified US military video depicting the indiscriminate slaying of over a dozen people in the Iraqi suburb of New Baghdad -- including two Reuters news staff. ...“

homines desinunt bellum comprobare, quia non iam credunt mendacium sibi inculcatum: talia bella esse iusta, quia gerantur nomine aliquorundam **valorum occidentalium**.

Postea VICIRIMA publicavit **Diaria Belli Afghaniani**¹⁰ et **Diaria Belli Iraciani**¹¹, aliquot centum milia documenta, ex quibus apparent scelera bellica et potestatum occidentalium et Dominorum bellicorum¹² (war lords), quibuscum occidentales occupatores arte collaborant. **Chartae Guantanamonicae**¹³ publicatae hominibus huius mundi monstraverunt, quam crudeles, quam inhumanae in carcere Guantanamonensi fierent **torturae**. Ope Vicirimatorum, quorum illustrissimus factus est **Iulianus Assangeus**, coram toto mundo apparuit, quam horrificum scelus esset bellum illud, quod Americani dicebant geri contra *tromocratiam*.

Bella futura impediti non posse nisi a *diurnariis liberis*

Quare **Iulianus Assangeus** sedet in carcere? Quia îdem vicirimator hypocritas de **valoribus occidentalibus** blaterantes **delarvans** demonstravit, quanta scelera atrocissima fierent *sub praetextu* valores occidentales servandi. Hac de causâ **Iulianus** persecutiones gravissimas passus incarceratus et - ut ait **Nicolaus Melzer** - *torturae* subiectus est. Audacia autem **Iuliani Assangei** et ipsius **Chelsea Manning** exemplo fuit gravissimo aliis revelatoribus diurnariisque, qui postea ipsi ausi sunt alia delicta gubernationum obscurissima lumini publico adducere. Non possumus quin commemoremus **Eduardum Snowden**, qui aestate a.2013 patefecit scelestas speculandi rationes ipsius **Agenturae Securitatis Nationalis (NSA)** aliorumque magistratuum Americae dubiorum¹⁴.

Iulianus Assangeus cum scelera bellica revelavisset vehementer vituperatus est non solum a gubernationibus, quarum scelera patefecerat, sed etiam a nonnullis diurnariis. Quidam moderator stationis televisificae americanae, quae appellatur „Fox“, spectatores adhortatus est, ut eum sclopetando interficerent. Gubernatio Civitatum Unitarum ope Britanniae Magnae atque Suetiae summam operam dedit, ut **Assangeum** variis sub praetextibus quam maturrimê in carcerem coniceret.

Ad impedienda bella futura absolutê necessarii sunt **diurnarii liberi**. Hodie sumus in summis angustiis. Imminet novum bellum frigidum, sed etiam fervidum inter duas Moles Potestatis. Periculum est, ne **Bellum Ucrainiense** exasperetur. Civitates Unitae earumque socii nonnulli minantur se *bellum gessuros esse contra Sinenses*. Profecto

10 orig. *Afghan war logs*.

11 orig. *Iraq war logs*.

12 orig. *war lords*.

13 orig. *Guantánamo Papers*.

14 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Edward_Snowden: „**Edward Joseph „Ed“ Snowden** (* 21. Juni 1983 in **Elizabeth City, North Carolina**) ist ein **US-amerikanisch-russischer Whistleblower**. Seine Enthüllungen im Sommer 2013 gaben Einblicke in das Ausmaß der **weltweiten Überwachungs- und Spionagepraktiken** von Geheimdiensten – überwiegend jenen der **Vereinigten Staaten** und des **Vereinigten Königreichs**, aber auch derer vieler weiterer Staaten, darunter **Deutschland**. Die Enthüllungen lösten die **Globale Überwachungs- und Spionageaffäre** (auch „NSA-Affäre“) aus...“

in his rebus quaerendum est, quomodo genus humanum vitâ superare possit, quia ista bella evadere possunt in *confrontationem nuclearem*.

Nos egere pluribus diurnariis talibus, qualis est *Iulianus Assangeus*

Aliâ quoque de causâ condicio mundi est difficilis. Effectu *mutationis climatis*¹⁵ et *extinctionis specierum*¹⁶ aliarumque *catastropharum œcologicarum* systemati terrae insunt *puncta transitionis*¹⁷ periculosa. Debemus vires nostras sociales collectas adhibere ad transformationem socio-oecologicam excitandam, quâ catastropha climatica adhuc impediatur et fieri possit, ut per proximas generationes in hōc planetâ agamus vitam hominibus dignam. Ad hunc finem assequendum egemus *fontibus materialibus*¹⁸ et pecuniâ et cooperatione internationali ad transformationem pacificam, non ad bellum gerendum. Hōc tempore nos experimur *armationem spiraliter acceleratam*¹⁹, quâ appropinquemus confrontationi nucleari simulque impediatur, ne resistamus collapsui oecologico. Ut breviter respiciamus: Illa bella, quae dicebantur geri contra tromocratiam, in Afghanistaniâ, in Iraciâ et alibi, in summâ constiterunt minimum 5 bilionibus dolariorum, i.e. 5000 miliardarum. Tantum pecuniae his 20 annis erogatum est ad bella gerenda pro eo, ut adhiberetur ad societatis mutatione, quâ egemus urgenter.

Ut impediatur, ne istud accidat iterum, egemus diurnariis criticis, egemus diurnariis liberis, egemus diurnariis audacibus. *Rimâ Pentagoni Informativâ* nuperrimê patefactum est duces militares Civitatum Unitarum existimare e *Bello Ucrainiensi neutram* partem proximo tempore evasuram esse victricem. Valet ergo talis status rerum, qualis in *ludo scacorum* dicitur *status rēgis suffocati*²⁰. Si istud bellum etiam prolongabitur, aliquot milia hominum plura morientur sine lucris Ucrainae maioribus. Inde apparet hoc bellum finiri non posse nisi disceptationibus.

Quae cum ita sint, egemus pluribus quam umquam antea diurnariis, qui nobis sine ullo fuco verborum referant de realitate huius belli necnon spectant etiam loca post siparia sita. In isto puncto transitionis quo stamus in historiâ generis humani, magis quam umquam antea necessarium est, ut defendamus diurnarios liberos eorumque fontes.

***Haec oratio
sermone theodisco
a Fabiano Scheidler habita
et postea in Ephemeride Berolinensi publicata
a Leone Latino
in Latinum conversa est.***

15 *mūtatiō climatis* i.q. angl. *climate change*, theod. *Klimawandel*.

16 *extinctiō speciērum* i.q. *Artensterben*.

17 *punctum trānsitiōnis* i.q. angl. *transition point*; theod. *Kippunkt*.

18 *fontēs māteriālēs* i.q. fr. *ressources*; theod. *Ressourcen*; angl. *resources*

19 *armātiō spirāliter accelerāta* i.q. angl. *arms race*; theod. *Rüstungsspirale*.

20 *status rēgis suffocātī* i.q. angl. *stalemate*; theod. *Pattsituation*.

REVELATORES RIMATORES DIURNARI INVESTIGATIVI (I):
CAEDES MYLAIENSIS QUAM INVESTIGAVIT SEYMOUR HERSH



**REVELATORES RIMATORES DIURNARII INVESTIGATIVI (II):
CAEDES MYLAIENSIS QUAM INVESTIGAVIT SEYMOUR HERSH**



“


My Lai became important in America only after it was reported by an American. I remember it well, because the antiwar movement in America grew because of it. But in Vietnam there was not only one My Lai — there were many.

NGUYỄN THỊ BÌNH

THE NATIONAL LIBERATION
FRONT OF SOUTH VIETNAM



**REVELATORES RIMATORES DIURNARII INVESTIGATIVI (III):
BELLUM IRACIANUM, GASIDUCTUS NORDSTREAM, BELLUM
UCRAINIENSE QUAE INVESTIGAVIT SEYMOUR HERSH**



Ukrainian President Volodymyr Zelensky and officials embezzled \$400 million received from USA by purchasing cheaper Russian fuel, claims journalist Seymour Hersh

14 April, 2023

OpIndia Staff



REVELATORES RIMATORES DIURNARI INVESTIGATIVI (IV):
SCOPOCINEMA **HOMICIDII COLLATERALIS**



JULIAN ASSANGE (* 1971)
VICIRIMATOR ET DIURNARIUS INVESTIGATIVUS

<https://www.instagram.com/albertcamus2016/reel/C5YtZdsNMEr/>



REVELATORES RIMATORES DIURNARI INVESTIGATIVI (V):
SCOPOCINEMA **HOMICIDII COLLATERALIS**

WikiLeaks

“... could become as important a journalistic tool as the Freedom of Information Act.”
— Time Magazine



JULIAN ASSANGE (* 1971)

Collateral Murder
collateralmurder.wikileaks.org

OH, YEAH, LOOK AT THOSE DEAD BASTARDS
LIGHT 'EM ALL UP

APRIL 5 / 2010
WIKILEAKS PUBLISHES A CLASSIFIED U.S. MILITARY VIDEO DOCUMENTING A WAR CRIME
WIKILEAKS VERIFIES THE AUTHENTICITY OF THE INFORMATION, ANALYSES THE INCIDENT FROM A VARIETY OF SOURCE MATERIAL, SPEAKS TO WITNESSES AND JOURNALISTS DIRECTLY INVOLVED IN THE INCIDENT

LEAKED HELICOPTER GUNSIGHT VIDEO SHOWS MASSACRE OF TWO REUTERS, JOURNALISTS AND THEIR RESCUERS
and up to 20 more people in Iraqi suburb of New Baghdad in 2007

THE PENTAGON HAD BLOCKED REUTERS FROM ACCESSING THE VIDEO UNDER FOI LAWS
which informed US army whistleblower Chelsea Manning's decision to leak the video to the media



JULIAN ASSANGE HAS WON MORE THAN TWO DOZEN AWARDS FOR HIS PUBLISHING AND JOURNALISM
including Amnesty International, Time magazine and Walkley awards

JULIAN FACES A 175 YEAR SENTENCE IF EXTRADITED TO THE UNITED STATES FOR RECEIVING AND PUBLISHING TRUTHFUL INFORMATION IN THE PUBLIC INTEREST LIKE COLLATERAL MURDER

FreeAssange

AMNESTY INTERNATIONAL
TIME
The Walkley Foundation

**REVELATORES RIMATORES DIURNARII INVESTIGATIVI (VI):
EDWARD SNOWDEN (*1983) REVELATOR AGENTURAE SECURITATIS NATIONALIS**



Putin gives US whistleblower Snowden Russian citizenship

**DE IULIANO ASSANGE
ALIISQUE DIURNARIIS INVESTIGATIVIS
THEODISCE RETTULIT
FABIANUS SCHEIDLER
LATINE REDDIDIT
LEO LATINUS**

Drama iuridicum subito ad novam spem conversum

VICIRIMA: commercium cum USA factum Assangeum mox fore liberum

Ex multis annis fit iuridica colluctatio exacerbata de *Iuliano Assangeo* conditore *Vicirimae*. Nunc subito rapidê conversus est status rerum.



Aeroplanum cui insidet *Iulianus Assangeus* d.25. m.Iun. a.2024 versatur in *Don Mueang* aeriportu *Bangkokiensi*. Ibidem conceptaculo benzini completo volaturum est ad *Insulas Marianas Boreales* in Oceano Pacifico, quae sunt territorium Civitatum Unitarum.

https://www.epochtimes.de/politik/ausland/deal-mit-den-usa-wikileaks-assange-auf-dem-weg-in-die-freiheit-a4756228.html?utm_source=nl-breaking-expired&src_src=nl-breaking-expired&utm_campaign=nl-breaking_2024-06-25&src_cmp=nl-breaking_2024-06-25&utm_medium=email&utm_content=wBzNN4irU~177

Epoch Times d.25. m.Iun. a.2024

Litigatio iuridica, quae ex annis iam fit de *Iuliano Assangeo* conditore *Vicirimae*, contra opinionem conversa est ad novam spem *Vicirimatorum*. Postquam per quinque annos Londinii in urbe incarceratus est, Assangeus a Vicirimatoribus dicitur clam diurnariis e carcere dimissus ex Britannia Magna profectus esse. Vicirimatores nocte publicaverunt scopocinema 13 secundarum, in quo cum ceterum tum Assangeus apparet per scalas in aeroplanum inscendens. Stella uxor Assangei in X ministracione interretiali: „*Iulianus est liber!!!*“. Gubernatio Australiae hunc eventum laete comprobavit, sed declaravit casum nimis diu esse dilatatum et procrastinatum.

Haec res a magistratibus Britanniae nondum est officialiter affirmata. Factum autem est commercium iuridicum inter Assangeum et Civitatum Unitarum magistratibus iuridicis, qui antea perseveraverant postulare, ut Assangeus Australianus traderetur in Civitates Unitas – sed nunc hoc postulare desierunt.

Commercium cum USA factum

Ex doxumentis iudicialibus apparet Assangeum cum Ministerio Americae Iuridico id pepigisse, ut ad quandam partem se ipsum scandali speculationis secretorum culpam contraxisse confiteretur; nam hac confessione (non verâ, sed formali) factâ evitabit poenam in Civitatibus Unitis luendam. Sed adhuc oportet hoc conventum comprobetur a iudicio officiali.

Num haec facta sunt rectê atque iustê?

Ut hoc conventum ad effectum adducatur, Assangeus iam die Mercurii (tempore locali) iussus est causam dicere coram iudicio in territorio Civitatum Unitarum remotissimo: in *Insulis Marianis*.



Julianus Assangeus conditor *Vicirimae* d.11. m.Apr. a.2019.

Hic grex insularum situs est in occidentali Oceano Pacifico, ab Australiâ Assangei patriâ versus septentrionem, et dicionis est Civitatum Unitarum. In epistulâ Ministerii Civitatum Unitarum Iudiciario dicitur hic locus electus esse, quia Assangeus noluisset iter facere in Civitates Unitas, et hic grex insularum situs sit prope Australiam.

Assangeus primo aeroplano est *Bangcocium* allatus, ubi receptaculum benzino est completum. Inde volabit *Saipanum* in caput territorii Civitatum Unitarum in Oceano Pacifico situm, ubi Assangeo est causa dicenda.

Exspectari Assangeum coram iudicio confessurum esse se nocentem conspirasse ad documenta secreta illicite comparanda et divulganda. Deinde eum iter facturum esse in Australiam. Secundum diurnarios americanos Assangeus damnabitur ad poenam custodiae quinque fere annorum – quam luit iam in Britannia Magna. Hoc si verum est, Assangeus mox erit vir liber.

Quae delicta Assangeo obiciantur

Civitates Unitae usque nunc postulaverant, ut Assangeus sibi traderetur. Quae ei obiciunt, quod unâ cum revelatrice *Chelsea Manning* documenta secreta, quae spectarent ad actiones militares Mesopotamienses et Afghanistanienses, publicaverit ideoqueque vitam informatorum Americanorum in periculum adduxerit.

E contrario Assangei adiutores pro certo habent eum a magistratibus Vassintoniensibus nulla alia causa petere puniendum nisi propter militum americanorum scelera bellica patefacta. Assangeo si condemnaretur sine illo convento cum magistratibus facto, propter secretorum speculationem immineret incarcerationis annorum maximum 175 (centum septuaginta quinque) annorum.



Ecce **Carcere Belmarshiano**, in quo **Julianus Assange** ex 5 annis indemnatus incarcerationis, Londinii, d.20. m.Maii a.2024.

Wicirimatores scripserunt in X ministracione interretiali se diu disceptavisse cum Ministerio Civitatum Unitarum Iudiciali. Conventum illud, quod assecuti essent, nondum perfectum esse.

Tamen Assangeum, cum per plus 5 annos vixisset „in cellâ, quae esset duo metra lata, tria longa, per 23 (vicenas trinas) horas in die insulatus“, mox readunatum iri cum Stella Assangea uxore sua ambobusque eorum liberis, „qui patrem usque nunc non novissent nisi incarcerationem“.

Error Ulixus conditoris Vicirimae

Assangeus per 12 annos erat inclusus. Per septuennium Londinii asylum inhabitavit ab ambasciatore Aequatoriae praebitum, deinde per quinquennium in britannico *Carcere Belmarshiano*, quae dicitur esse summae securitatis, vitam degit miseriam. Britanniae magistratus primo Assangeum petiverant, quia in Suetiâ ei obiectum erat, quod mulierem constuprasset.

Ista autem inculpatio postea propter absentiam indiciorum evidentiaeque est sublata. Organizationes iurum humanorum et uniones diurnariorum et artifices et politici ex longo iam tempore postulant, ut Assangeus quam maturime in libertatem vindicetur.

Conventum est inter Assangeum et magistratûs Americanos duabus septimanis ante auditionem gravem a die 9. m.Iulii coram iudice Britanniae faciendam, ubi ageretur de Assangeo Americanis tradendo.

Post decretum iudiciale gubernatio Britanniae mense Iunio a.2022 assensa est Assangei traditioni. In Civitatibus Unitis secundum legem speculationis secretorum imminuit custodia 175 annorum.



Ubique terrarum organisationes iurum humanorum et uniones diurnariorum student *Assangeo liberando*.

Etiam gubernatio Australiana studuerat civi suo libertate redonando. *Iosephulus Bidenius* Praeses Civitatum Unitarum nuper aliquantulum spei attulerat. Qui rogatus, num Civitates Unitae petitionem Australiae essent probaturae, ut abstinerent a persecutione Assangei poenali: „*De hac re deliberamus*.“ Fuerat ergo quoddam indicium solutionis politicae possibilis – sed propter tempus necopinatum multi erant obstupefacti.

Assangeus ultimo in Magnâ Britannîâ denuo iudices appellaverat, ne traderetur Civitatibus Unitis.

De hac re debuisset disceptari mense Iulio coram *Foro Alto Londinensi*. Quod Forum petitioni Assangei partim concesserat eoque impediverat, ne Assangeus 52 annos natus traderetur Americanis.

„Nova phasis libertatis“

Stella Assange adiutores adhortata est, ut adiuventur maritum suum etiam liberatum. Eadem in scopocinematia, quod nocte publicatum est in planiformâ *Youtubianâ*: „*In animo*“ inquit, „*habemus condere opus fundatum necessitatis, quo foveantur Iuliani valetudo atque reconvalescentia*“. Grex Assangeanus iterum iterumque monuerat valetudinem conditoris *Vicirimae* esse malam. Itaque Iulianus non particeps fuit dierum iudicialium.

Deinde ***Stella Assangea***: „*Rogo vos*“ inquit, „*ut, si potest, ut stipem conferentes adiuvetis Iulianum in novam phasin libertatis transgredientem*“. Scopocinema d.19. m.Iul. receptum est. ***Kristinn Hrafnsson*** praeceptor Vicirimatorum: „*Si hoc videbitis, scietis illum dimissum esse*.“



In scopocinamate *Stella Assange* (a sinistris) rogat,
ut maritus suus adiuvetur post liberationem sui.

„Martyrium filii mei nunc tandem finitur“

Mater *Iuliani Assangei* multis adiutoribus gratias egit, qui per annos studuerant *Iuliano* adiuvando. ABC statio televisifica australiana verba attulit a **Christinâ Assangeâ** sibi missa: „Grata sum, quod martyrium tandem finitur. Inde apparet, quantum valeant et efficiant disceptationes abditae.“

Iohannes Shipton pater *Assangei* Stationi ABC dixit omnibus significari filium suum reverti posse in Australiam: „Quantum equidem intellego, *Iulianus unâ cum familiâ* atque *Stellâ uxore suâ poterit vitam degere solitam.*“

Idem vir gratias egit omnibus adiutoribus, praesertim *Antonio Albanese* Australiae Ministro Primario. Idem praepositus gubernationis, qui eximiê studuit difficultati casûs *Assangei* solvendae, usque nunc nihil publicê declaravit.

IULIANUM ASSANGEUM

MOX LIBERUM FORE

REFERT

EPHEMERIS

C.T.

TEMPORA EPOCHALIA

(Epoch Times)


RELATIONEM

LATINE REDDIDIT

LEO LATINUS

https://john365.substack.com/p/why-biden-doesnt-want-americans-to?utm_source=profile&utm_medium=reader2

– VACCINUM CONTRA PANDEMIAM MENDACIORUM –
**QUARE BIDENIUS NON VULT
 AMERICANOS VISERE RUSSIAM?**



Iohannes Varolius (vulgo: John Varoli¹) diurnarius Americanus, cum diu pro actis diurnis et agenturis diurnariis ex Russiâ rettulerit, eam terram bene novit. Sed iam ex nonnullis annis reliquit publicamina occidentalia, quia sententia sua non iam congruit cum illorum ratione nuntiandi atque commentandi.

¹ cfr https://en.wikipedia.org/wiki/John_Varoli: „John Varoli is an American public relations practitioner who worked as a journalist in Russia from 1997 to 2010. In that period he wrote about 3,000 articles for publications including the *St Petersburg Times*, Radio Free Europe/Radio Liberty, Transitions magazine, the *New York Times*, *the International Herald Tribune*, *Bloomberg News*, *The Art Newspaper*, *Art & Auction*, and many more. - He also had experience working for TV, hosting in the first half of 2003 a TV program on Russia’s Kultura TV Channel called “A Walk Down Broadway”. From the middle of 2006 to the middle of 2007 he worked as a TV news producer at the Moscow bureau of *Reuters*, responsible for producing TV news on a wide variety of topics from across Russia and the former Soviet Union. Currently, he is an independent pro - Russian expert commentator on RTVI, an independent TV station in Russian.”



JOHN VAROLI (*1968)

Occidentales Russiam solent considerare iudiciis praeopinatis perceptis, quae effecta sunt disinformatione exaggeratâ et mendaciis praeconatione propagandâ involutis². Itaque quaesivi, qualisnam esset Russia vera. Profectus eram, ut eam cognoscerem. Rebus inventis sum obstupefactus. John Varoli d.03. m.Apr. a.2024

Verbis supra scriptis alludo ad adnotationem illustrem *Winstoni Churchill* a.1939 factam, quâ dixit Russiam esse *aenigma mysterio involutum*.³

Cum student adiuvare liberale machinamentum belli gerendi globalisticum, magna publicamina⁴ occidentalia intectê fabricant relationes de Russiâ, terrâ, quam oderunt, quia defendit superanitatam suam nationalem atque bona sua more tradita.

In ***Imperio Mendaciorum*** a diurnariis occidentalibus publicatorum *vita Russiensis* similis est vitae, quae degitur in *Coreâ Boreali* – ibi narratur in Russiâ paupertatem esse frequentissimam et sanctionibus prementibus collapsum oeconomiae imminere; biocolytas secretas vias vacuas et tenebrosas pervadere victimas miserrimas quaeritantes, quas abducant in ergastula servorum; *Cremlini* milites ultro invadere civitates propinquas, „*ut reaedificent Imperium Sovieticum*“; et omnem Russum velle aufugere in Occidentem.

Ista disinformatio tam universa atque omnipraesens est, ut ipsi homines eruditissimi atque prudentissimi in occidente versantes saepe effectum eiusdem decipiantur. Nam in Civitatibus Unitis pauca tantum sunt publicamina creditu digna et independentia paucique fontes hominum peritorum; insuper plerique Americani neque habent tot

² orig.: „*Western perceptions of Russia are based on propaganda wrapped in lies, inside mounds of disinformation.*“

³ orig.: "*a riddle, wrapped in a mystery, inside an enigma.*"

⁴ ***pūblicāmina**, -um n.pl. *Medien*; angl. *media*.

horas subsicivas neque talibus facultatibus praediti sunt, ut suo Marte studeant relationes publicatas ad obrussam exigere et indagare, qualis Russia sit vera.

Ego ipse dubitavi – brevi antequam mense proximo praeterito Neo-Eboracum reliqui, non multum afuit, quin ab itinere faciendo desisterem, quia homines mihi acervatim nuntios terrificos afferentes conabantur persuadere, ut crederem me a *Putino abductum iri et obsidem adhibitum, quo permutando recuperaret Russos, qui detinerentur in carceribus Americanis*. Paulatim coepi ex me quaerere: *Num illi recte dicunt?*

Quodammodo sollicitus aeroplanum ascendi et spatio diurno transacto advēni limitem Russiae. Ex quinque annis primum revidi hanc terram. Mendacia et disinformationes sunt refutata: mihi autem iter per Russiam facienti patefacta est terra vivaci societate civili insignis, in quā incolae fruuntur *libertate et protectione sociali et facultatibus oeconomicis multo pluribus quam nos in occidente vitam degentes*.



Palatium hiemale in Plateâ Palatii situm, in urbe Petropoli.

Russiam crescere in rectam directionem

Per duas septimanas iter feci in quinque regiones – regionem *Petropolitensem*, regionem *Nowgorodiensem*, regionem *Moscuensem* necnon *Moscuam*. Vidi vitam et

oppidorum provincialium et urbium magnarum et liberê collocutus sum cum hominibus maximê variis. Iter feci secundum meum horarium proprium et habitavi in vicinitate, non in deversoriis.

Si praetermitto interrogationem additiciam, quae facta est in limite russo propter syngraphum meum Civitatum Unitarum, ne semel quidem biocolytae me allocuti sunt et comprehenderunt, persecuti sunt aut molestaverunt. Urbes Russicae atmosphaeram habent libertate atque securitate insignem; hoc quidem numquam dicas de urbibus Civitatum Unitarum.

Etiam cum mense Martio ibidem essem, malâ tempestate homines contra malaciam pugnantem semper mihi videbantur excellenter cômnes, benevoli, urbani, affabiles. Mihi videbar reversus esse in Civitates Unitas, quales habuimus ante 30 annos.

Violentia, arrogantia, rapacitas, iracundia, quibus haec terra fuerat insignis, cum ibi viverem ab anno 1992 usque ad annum 2012, videntur interim vehementer deminutae esse. Quid factum erat his 12 annis, quo tanta differentia efficeretur - praesertim cum in Civitatibus Unitis eodem spatio temporis percrebrescerent violentia, discordia, odium, furor collectivus?

Russia non est perfecta. Quae haud aliter ac omnis terra alia habet nonnulla problemata. Qualitas victûs oppidorum provincialium adhuc est minor quam oppidorum comparabilium Europae atque Civitatum Unitarum. At in summâ Russia crescit in rectam directionem contra ac terrae occidentales, quae in dies magis vexantur discordiâ internâ et calamitate pecuniariâ imminenti.

Ecclesiae christifidelibus plenae

Ecclesiae orthodoxae solent esse christifidelium plenae. Contra ac in Civitatibus Unitis, quae aedificant societates „*progressivas*“ ideologiâ saeculari atque totalitari fundatas, vidi Russos praestare religiosum animum pium atque sincerum, ipsis etiam diebus inferiatis ecclesias frequentare et generaliter servare praecepta moralia negotia sua tractantes et vitam cottidianam degentes.

Etiam *Moscae* atque *Petropoli* contra opinionem meam ecclesiae fidelibus abundaverunt. Ubique terrarum incolae urbium saepe minus vacant fidei religiosae colendae. At in Russiâ haec condicio non valet. Moscu iusto meritoque appellatur „*Roma Tertia*“ et urbs christianitatis gravissima.

Nonnullis cum amicis visi *Sepulchrum Sancti Sergii* in Monasterio Sanctae Trinitatis in regione Moscuensi situm. Christifideles formabant longum ordinem exspectantium, ut accederent ad sepulchrum viri sancti et ad preces relinquendas. Russia cum Occidentalibus pugnantem monasteriis suis utitur tamquam „*armis*

secretis“. Nullo instrumento ab industriâ Natonis militari invento superari potest *potestas spiritualis* monasteriorum russicorum eorumque christifidelium.

Contra ac in Ucrainâ Selenskianâ, ubi orthodoxa ecclesia indigena prohibetur, sacerdotes in carcerem coniciuntur necnon ecclesiae monasteriaque materiâ displosivâ destruuntur, in Russiâ efflorescit libertas religionum. Religiones traditae proteguntur contra contemptum et irrisionem et persecutionem, quibus in terris occidentalibus saepe exponuntur.



Sepulchrum Sancti Sergii Monasterio Sanctae Trinitatis situm

Nullus sensus antiamericanus

Quamquam in Russiâ (iusto meritoque) politica *Domûs Albae* externa violenta et illegitima multimodis vituperata est, tamen nullam hostilitatem Russorum animadverti erga populum Americanum; ne minimam quidem simultatem expertus sum. Profecti multi Russi pergunt discere linguam anglicam, spectant emissiones Americae delectabiles et audiunt nostros modos musicos. E contrario nos omnia quae spectant ad Russiam eiusque cultum civilem *cancellavimus*.

Quamvis civis sim terrae, quae interim tromocratiam adiuvat et exasperat bellum saevum, quod contra *Donbassum* et *Chersonesum Tauricam* excitat, Russi nullo modo se praestiterunt hostiles erga me. Cum annis nonagenariis in Russiâ viverem, cum relationes inter Russiam et Civitates Unitas potius essent amicae, multo plures animadverti sensûs anti-americanos.

Hoc iter cum facerem, Russi summam operam dederunt, ut me omnimodis adiuvent, quâ erant hospitalitate, comitate, benevolentîâ. Quomodo explicari potest, quod iidem homines se gerunt tam humaniter tamque illuminatê? Fortasse eo quod gens Russorum eximiâ pietate est, quod subtilissimê sentit, quantum valeant



PETROPOLIS

Prospectus Nevskyanus (**Невский проспект**) et *Canalis Griboyedovianus* (**Канал Грибоедова**)

misericordia, caritas, ignoscentia necnon quod eidem persuasum est non oportere, ut singuli homines poenam luant pro peccatis classis suae dominantis.

Qualitatem victûs fieri meliorem

Oeconomia russica cum augeatur prosperrimê, homines hodie multo melius vivunt quam ante annum 2000, quo *Vladimirus Putinus* factus est Praeses. Disoccupatio vix

superat 2,5% (*duas – virgula – quinque partes pro centum*), inflatio monetalis refrenatur. Sed usurae sunt ferè 17%, quibus incrementum oeconomiae retardatur.

Scilicet his duobus decenniis quibusdam progressibus technologicis atque industrialibus vitam plerorumque hominum ubique terrarum meliorem factam esse; sed illis omissis in Russiâ qualitas victûs etiam exaucta est quibusdam decretis gubernationis Putinianae. Talia sunt persecutio poenalis melior facta, restitutio securitatis publicae, necnon destructio criminalitatis organizatae et potestatis oligarchonton oeconomicae. Nam annis nonagenariis et zeroticis (2000-2009) oligarchontes aliquot centum miliardarum possessionis populi ex aerario exhausserant, praesertim materiis crudis vendendis, et deinde pecuniam in terras peregrinas abdidierant. Equidem usque hodie scio nomina afferre *praedonum russicorum gregalium*, qui iustitiam Moscuensem fugientes in Civitatibus Unitis medullitus recepti sunt. Eâdem de causâ nonnulli oligarchontes exsules, quia Putino non ignoscunt, pergunt pecuniâ adiuvere tales „*figuras oppositionis*“, qualis fuit *Alexander Nawalny*.

Cum dico meliorem fieri Russorum *qualitatem vivendi*, non solum dico de prosperitate *materiali*. Respiciendi sunt etiam *valores non-materiales*, e.g. vita in terrâ degenda, in quâ gubernatio protegit atque adiuvat cultûs civiles nationales, valores more traditos et *superanitatem*. Qui valores certè graviores causae sunt *optimismi*, quo homines praeditos esse sentiebam.

Denique de *cibis* russicis – qui cibi sapiunt mirabiliter. Qui sunt naturales. Delicatissimi. Recentes. Opinor tantam bonitatem ciborum effectam esse publicâ suppeditatione victualium quam diligentissimè dispensandâ necnon bonitate additamentorum atque rationum parandi – quales in Civitatibus Unitis ferè prorsus non exstant.

Discussiones vividae atque apertae

Omnis Russus, quocum collocutus sum, sive homo communis sive conventuum academicorum frequentator praestitit insolitam curiositatem intellectualem et facultatem. Homines quos convêni fuerunt aperti et disputandi discutiendive cupidi. Quos magnâ scientiâ terrae suae mundique praeditos esse apparuit.

Acroases feci in Petropolitanâ Universitate Technicâ, ubi fructuosè disputavi cum alumnis academicis, quorum nonnulli rationem Russiae politicam reprobraverunt. Nemo timuit. Colloquia erant vivida atque libera. Nulli fuerunt „*biocolytae cogitationum*“ parati ad impetum faciendum, quales saepe inveniuntur in Universitatibus americanis.

Maxima pars Russorum sincerè comprobat *Praesidem Putinum*, ut patefactum est suffragiis nuper factis. Duae sunt causae, quibus Putinus assecutus sit enormem

auram popularem: Îdem vir annis nonagenariis impedivit, ne Russia dilaberetur, et eiusdem viri ratione politicâ Russia facta est locus vivendi melior.



Johannes Varoli unâ cum alumnis academicis Petropolitensibus

Praeterea participavi nonnulla spectacula colloquendi televisifica, in quibus disputavimus de ratione geopoliticâ. Obstupefactus sum eo quod moderator televisificus semper *etiam* eventum narrationem *americanam* explicavit necnon relationes publicaminum *occidentalium* monstravit, ut spectatores rem in utramque partem scirent disputare nec solam novissent opinionem russicam.

Deinde complures nostrum disputaverunt, discusserunt, explicuerunt thema tractandum. Numquam aliquis conatus est me praeparare, custodire dirigendum, urgere, commovere, ut aliquid dicerem sibi gratum. Profecto nonnulla spectacula colloquendi televisifica emissa sunt directê – unde patet, quantum libertatis permittatur a publicaminibus russicis.

Cur „dissuadetur ab itineribus in Russiam faciendis“?




Nescio an ista sit imago **Iosephuli Bidenii** pulcherrima (vide supra), ex quâ appareat essentia anima eiusdem, anima viri mali, qui tot hominibus attulerit malum atque miseriam. Puto talem imaginem aliquo loco cellae subtegulanae *Domûs Albae* esse occultatam, quae directê venisse videatur ex fabulâ, quae inscribitur „*Imago Doriani Gray*“⁵.

Domus Alba timet Americanos in Russiam iter facientes. Qua re? Quia non vult nos accipere, quomodo Putinus id assecutus sit, ut Russia fieret fortior atque opulentior, et quomodo îdem protegat cultum civilem nationalem et mores traditos – nam easdem res omnes ut faceret gubernatio sua plerique Americani exoptant.

Hac de causâ **Americanum Ministerium Rerum Externarum** constituit, ut Russia haberetur pro **terrâ gradûs periculi quarti**, i.e. dissuaderetur ab itineribus in Russiam faciendis. **John Kirby**, locutor *Concilii Securitatis Nationalis Domûs Albae*: „Si tu“ inquit „civis es Civitatum Unitarum, etiamsi civitate es duplici, in Russiâ vivis ibique itinera facis, oportet terram statim relinquis. Statim proficiscere.“

Equidem ardentissimê cupio in Russiam reverti. Necnon multi Americani mihi assentiuntur. Russia facta est terra desiderata *Americanorum dissidentium atque profugorum*, nec desunt homines privati, qui studeant extra Moscuam condere duos „**vicos americanos**“.

⁵ cfr Oscar Wilde, *The Picture of Dorian Gray*, 1890.



„Crocus“ et missio Russiae historica

Iter meum Russicum ultimo die quadamtenus obumbratum est nuntio atrocissimae *attentationis tromocraticae Moscuensis*. Russi investigatores magnam partem demonstraverunt *Caedem Crociensem* subornatam esse ab officiis Ucrainianis et veri simillimum esse eadem officia *adiuta esse ab Occidentalibus*. Anno ineunte **Victoria Nuland** Publica Secretaria Inferior minata erat Putinum experturum esse „*infortunia necopinata*“⁶, cum **Generalis Marcus Milley Praepositus Sedis Generalium Unitorum**, minaretur: „*Oportet ne qui Russus sit cubitum iens, quin incertus sit, an mediâ nocte iuguletur.*“⁷

Saltim Civitates Unitae et tota Nato hos impetûs eo effecerunt, quod his duobus annis disinformatione et regimine Chioviensi armando odium erga Russos excitaverunt et quia **Officium Secretum Americanum (CIA)** Ucrainios eorumque biocolytas secretos docet, quomodo attentationes tromocraticas aliaque scelera committant.

6 orig. “nasty surprises”. Under Secretary of State **Victoria Nuland**.

7 orig. “There should be no Russian who goes to sleep without wondering if they’re going to get their throat slit in the middle of the night.” Chairman of the Joint Chiefs of Staff General **Mark Milley**



Under Secretary of State
VICTORIA NULAND
(*1961)

„And as I said in Kyiv three weeks ago, this supplemental funding will ensure Putin faces some nasty surprises on the battlefield this year.“



Chairman of the Joint Chiefs of Staff
GENERALIS MARK MILLEY
(*1958)

„There should be no Russian who goes to sleep without wondering if they're going to get their throat slit in the middle of the night.“



*Attentatio in **Oeco Croci Urbano** commissa est cardo rerum. Quâ factâ definitivê interibit **Regimen Chioviense**, fortasse etiam **Nato**. Hôc impetu etiam maior facta est **Russorum animi praesentia**. Proximâ demum septimanâ **Russiae milites aeronautae** debilitaverunt magnam partem **infrastructurae energeticae ucrainiae**; nunc **Russi** venantur **speculatores officiorum secretorum Ucrainae**, qui permultas attentationes **tromocraticas** commiserunt.*

*Magis quam umquam antea **Russi** intellegunt se de vitâ suâ pugnare contra ingentem coalitionem circiter 50 nationum **hostilium** ante ianuam domûs suae stantem, ut ibi*

denuo conentur id facere, quod *Napoleoni* atque *Hitlero* non successit. Multis autem rationibus consentaneum est, ut istum impetum globalismi atque liberalismi, qui nunc fit in Russiam, consideremus „*heredem spirituales*“ *Revolutionis Francogallicae* cruentissimae et *cultûs nacistarum mortis venerandae*.

Ex eventibus recentissimis clarê patet nos reliquisse rivalitatem Orientalium et Occidentalium merê geopoliticam. Nunc fit novum epicum bellum contra malum gerendum. Necnon ex his 210 annis discimus *Russiam semper evasisse victricem*.

**HANC SYMBOLAM
SCRIPSIT
IOHANNES VAROLI.
TITULUS ORIGINALIS EST:**

„Why Biden doesn't want Americans to visit Russia?



DE RUTENIA QUID REFERAT THOMAS PRAECO PETROPOLITANUS



Hoc colloquium interrogatorium d.13. m.Maii a.2024 Romanus Cellarius¹ habuit cum Thomâ Praecone² sermone theodisco, in Latinum convertit Leo Latinus.

<https://weltwoche.ch/daily/nato-soldaten-kaempfen-in-der-ukraine-unbestritten-anti-spiegel-roeper-ueber-butscha-putin-und-sein-leben-in-russland/>

<https://anti-spiegel.ru/2024/die-schweizer-weltwoche-hat-mich-zum-interview-eingeladen/>

«**Milites Natoniani pugnant in Ucrainâ, procul dubio**»: Praeco “*Anti-Speculi*” refert de *Buchâ* et *Putino* necnon de vitâ quam degit in *Russiâ*.

Cellarius: *Grüezi mitenand*³ - Saluto vos perquam medullitus ad emissionem novissimam seriei c.t. “*Weltwoche daily spezial*”. Nomen mihi est *Romanus Cellarius* et cum *alii* diurnarii potius scribant *de* hominibus, nos loquimur *cum* hominibus. Hodie autem habemus hospitem cognitu dignissimum. Qui natus est a.1971, dicit se esse ‘*virum Europae orientalis peritum*’, vivit in *Russiâ* – in urbe *Petropoli* – et verisimile est eum plerisque nôtum esse, cum introduco eundem editorem et publicatorem et diurnarium horrei nuntiorum sive histologii c.t. “*Anti-Speculum*”. Îdem est *Thomas Praeco* – multas gratias tibi ago medullitus, *Domine Praeco*, quod curasti ut nobis vacares. Primo pro iis spectatricibus spectatoribusque qui te ignorant, quaeram ex te: Quis es et quid factum est, ut venires in *Russiam*?

Praeco: Heus, quonam modo vëni in *Russiam*? Interim multum temporis transactum est, haec est fabula longissima. Huc vëni annis nonagenariis ineuntibus. Illo tempore

¹ **Römānus Cellārius** i.e. vulgo: *Roman Zeller*.

² **Thōmas Praecō** i.q. vulgo: *Thomas Röper*. cfr Hans Bahlow, *Deutsches Namenlexikon*, München 1967, p.425, s.v. Röper: „(Hbg. Oft): ndd. = **Ausrufer**. Joh. *Ropere* 1291 Ro. (auch Lübeck, Bremen, Greifswald).“

³ **Grüezi mitenand** – i.e. sermone theodisco normato: ‘*Gott grüße euch miteinander*’ est salutatio helvetica, quae originaliter fuit benedictio christiana. cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/Gr%C3%Bcezi>: „*Grüezi* ist eine Verkürzung von *Gott grüez-i* «Gott grüsse Euch» und ist die zürcherische, glarnerische und ostschweizerische Lautung des gleichen Grusses, der in Bern, in Solothurn, im Südwestaargau und im oberen Baselbiet *grüess-ech* lautet. Die Bedeutung von *grüssen* gründet hier in der mittelhochdeutschen Bedeutung «ansprechen»; es handelte sich somit ursprünglich um eine Segnung...“

in Russiâ amicos invêni, saepe itinera faciebam, linguam Russicam forte fortunâ obiter coepi discere, primis frustis verborum acceptis perrexi sermonem aucupare, usque dum aliquando scirem loqui Russicê. A.1998 autem dixi: Haec terra est cognitu digna. Illo tempore Russiae status erat perquam difficilis: magna erat paupertas, multa fiebant delicta, vita hominum erat aspera. Tamen ego terram et homines pernoscendi cupidus huc transmigravi et coepi hîc operari. Deinde in amorem incidi huius terrae, praesertim hominum. Hodie status Russiae oeconomicus est prorsus alius quam illo tempore, sed homines manserunt tales quales sunt: aperti et affabiles et hospitales et parati ad adiuvandum. Haec autem fuit causa, cur in Russiam transmigrarem. Hoc hîc dico quam brevissimê. Sed possem de hac re narrare per integram horam.

Cellarius: Ni fallor nuperrimê – die 30. m.Apr. - scripsisti relationem, c.t.: “*Manifestum est milites praefectos generales Natonis auctores esse impetuum in urbes Russicas factorum*”. Narra, Domine Praeco, quid invenisti stupendissimum, de quâ re agitur?

Praeco: Hoc minus ego invêni. Hoc inventum est a fundatione quadam Russicâ, quae – hoc perquam mirê sonat praeconatoribus occidentalibus – quae studet *iuribus humanis* fovendis. Haec fundatio russica scelera bellica et alia studet patefacere. Quae dicta factaque perbene investigat; mulierem huic fundationi praepositam iam nôvi aliquamdiu. Eadem me aliquando allocuta interrogavit, num quid scirem de officiariis Natonis in Ucrainâ versantibus. Nonnulla scivi, de quibus fundationem certiore feci. Deinde fundationis investigatores rem perquisiverunt – quosdam fontes exhaustientes, quos non praesto habeo. Sed illorum investigationi sat multae subsunt informationes, quae possunt ad obrussam exigi. E quibus patet iam ex bello Ucrainensi ineunte in Ucrainâ versatos esse praefectos generales *Natonianos*. Narrantur autem haec:



TREVOR JOHN CADIEU PRAEFECTUS GENERALIS QUONDAM

Num est a Russis captus in Siderurgiâ Asowianâ?

Latê patet Canadianum praefectum generalem, cui nomen est *Trevor Cadieu*¹ in Ucrainâ versatum esse. Quem ibidem fuisse iam mense Martio a.2022, cum bellum inciperet, nemo negavit. Sed quaerendum est: Quod munus eidem in Ucrainâ versanti mandatum erat? In Canadâ postea promulgatum est: *'Iste propter interpellationem veneream ex exercitu dimissus est, et quid nunc faciat, non certo scimus'*. At verum est eundem ex Canadâ emissum esse, ut Ucrainos adiuveret, et cum hoc patefactum esset, scilicet illos omnia commercia eius Ucrainiana interruppisse. Îdem vir dicitur deinde fuisse in *Siderurgiâ Asovianâ* in urbe *Mariopoli* sitâ;



PRAEFECTUS GENERALIS ANTONIO AIZONA AGUTO JR. (*1966)

Num iste est militaris imperator Ucrainae clandestinus?

etiam a praeceptore diurnariorum *Rei Publicae Popularis Donezkianae* nuntiatum est Donezkianis se tradentibus illum captivum Russorum factum esse. Praeceptorem diurnariorum non bene nôvi, sed aliquoties convêni. Qui neque stultê blaterat neque mendaciter. Îdem certê non omnibus gratus est, sed semper probê se gessit. At illud nuntium semel tantum ab eodem editum est et postea numquam. Aut *Cadieu* non est captus aut Russi noluerunt hoc enuntiare. Hoc non rêfert. Sed in Canadâ nunc declaratur: *'Iste vir est iam pridem dimissus, habet suum problema privatum, propter interpellationem veneream eqs.'* - Nec desunt alia exempla praefectorum Natonianorum in Ucrainâ versantium. Est Praefectus Generalis *Antonius Aizona Aguto*² miles Civitatum Unitarum, qui aliquatenus officialiter ambulans dicitur exercitum Ucrainianum adiuvere consilia militaria praeparantia. Iterum quaerendum est: Estne hic vir nihil nisi consultor an est – ut aiunt investigatores illius foundationis – *Antonius Aguto* est is, qui summum imperium exercitûs Ucrainiani suscepit? Pars huius historiae praecipua potest inveniri in fontibus occidentalibus. Ea quae fontes foundationis contribuerunt, nescio probare. Quantum scio, fundatio operatur diligenter.

1 cfr https://en.wikipedia.org/wiki/Trevor_Cadieu

2 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Antonio_Aguto. cfr <https://www.morgenpost.de/politik/article241629828/ukraine-krieg-usa-top-general-russland-mission.html>. - cfr <https://www.stripes.com/branches/army/2023-12-12/army-general-ukraine-eucom-12335117.html>: „US Army general regularly traveling to Ukraine in advisory role, report says“. <https://slguardian.org/american-shadow-commander-in-ukraine-to-replace-zaluzhny/>

Ex rebus a fundatione investigatis consequitur exercitum Ucrainae iam dirigi a Civitatibus Unitis. Itaque ab iisdem etiam imperari, ut impetûs fiant in regiones Russiae.

Cellarius: Hoc autem est thema, de quibus omnes litigant: copias Natonis, praefectos generales Natonis in Ucrainâ versari – quatenus Nato iam bello Ucrainiensi est involuta? Si vera sunt quae dicis, haec res iam est decreta. Ergo Nato profecto iam belli est particeps. Quonam modo verificas³ verba illius fundationis? Habesne aliquae indicia – haec res est manifesto stupendissima. Quo argumento scis confirmare illius fundationis credibilitatem? Cur putas illius sententiam quadrare?

Praeco: Repeto: Haec fundatio mihi videtur creditu dignissima. Nôvi eiusdem cooperatores. Scilicet inde non necessario consequi fontem esse veridicum. Diurnarius si quis est, semper ei potest accidere, ut inscius utatur fonte vaniloquo. Hoc potest accidere. Investigatores fundationis utuntur tribus fontibus. At Natonianos versari in Ucrainâ – hoc non est secretum. Hoc ubique potest legi. Recordemur illud telephonema praefectorum generalium Germaniae aeronauticorum, qui valdê apertê dixerunt in Ucrainae locis militaribus ambulare Americanos vestimentis civilibus indutos – sive instructores sive milites. Recordemur nuntium de *Antonio Aguto* factum – qui ibi versatur officialiter. Americani semper gloriati erant se participes fuisse impetûs Ucrainae offensivi. Cum îdem impetus evaderet infelix, Americani noluerunt ad eundem habuisse rationem. At recordemur relationes diurnariorum a.2023 ineunte factas – illo tempore omnes Americanenses gloriati sunt, quam excellenter ipsi istam offensionem praeparavissent. Arma esse missa ad eandem accommodata, data officii secreti transmitti, infrastructuram Natonis data satellitum Ucrainiae praebere adhibenda. *Sikorskius*⁴, Poloniae ministrum rerum externarum mense Martio annuntiavit: Reverâ illos esse milites Natonianos, iam diutius ibi versari, se scire hoc a Britannis certiore factum, qui hoc dixissent. Semper quaerendum est: Suntne illi milites iam copiae pugnatoriae an sunt institutores an – ut iam dixi – suntne praefecti generales; sed nemo serio potest negare Natonianos iam esse participes Belli Ucrainiensis.

Cellarius: Quidnam milites Natoniani habent, cur versentur in Ucrainâ? Quid copiis francogallicis, britannicis necnon americanis ibi est agendum?

3 cfr <http://ducange.enc.sorbonne.fr/verificare>: „**VERIFICARE**, Gall. *Verifier*, Probare. Charta ann. 1343. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 481. col. 2: Et eos jurare fecerit tenere et inviolabiliter observare ipsas donationes, infeudationes, et conventiones, atque **verificaverit** praedicta omnia. Charta ann. 1495. ex Tabul. B. M. de Bononuntio Rotomag.: Impedimentis nostris circa obtentum rescriptorum Apostolicorum per eosdem Religiosos **Verificatis**. Occurrit etiam in Chron. Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 459.“

4 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Rados%C5%82aw_Sikorski: „**Radosław Tomasz Sikorski**; *23.Februar 1963 in Bydgoszcz), oft bezeichnet mit der Kurzform **Radek Sikorski**, ist ein polnischer Journalist und Politiker der Partei Platforma Obywatelska (PO). Seit Dezember 2023 ist er polnischer Außenminister im dritten Kabinett von Donald Tusk, ein Amt, das er von November 2007 bis September 2014 nach seinem Beitritt zur PO schon einmal innehatte.“

Praeco: Sensu proprio iisdem ibi omnino nihil est agendum! At mucro totius rei est iste: Occidentales, aut ut dicam quae sentio accuratius – *Civitates Unitae* (nam Europaei vix aliquid commodi pariunt ex hôc conflictu) – *Civitates Unitae* id student, ut Russiam debilitent. Haec res est consideranda ratione geopoliticâ; quâ Rutenia est magna, Rutenia habet multas materias crudas, Rutenia est dives necnon Rutenia est inoboediens. Idem valet ad *Chinam* aut *Venetiolam* aut *Iraniam*. Itaque *Civitates Unitae* putant easdem esse tollendas, quia adversantur cupiditati Americanorum dominandi, quam iidem ipsi enuntiant verbis q.s. *dominatio ubique terrarum*⁵. Volunt dominari toti orbi terrarum. Hoc non est secretum. Si hoc scis, actiones Americanorum faciles sunt explicatu: Si quae natio vult mundo dominari et altera eidem est impedimento, studet eandem debilitare. Ucrainam autem Ruteniae facere adversariam Civitatibus Unitis videtur esse aptissimum. Primo sunt necessitudines consanguinitatis inter Ruteniam et Ucrainam innumerae, et secundo Ucraina esset terra dives, nisi independentiâ acceptâ ab oligarchis corruptis esset expilata. Nunc Americani iterum iterumque conantur Russiam bello Ucrainensi debilitare. Interim iidem tantum progressi sunt, ut ubique gentium proclamarent: Necessarium esse, ut Russia devinceretur, occidentales egere novis remediis strategicis, oportere, ne Russia vinceret. Quae cum ita sint, si bellum Ucrainense finietur Rutenis vincentibus et postulatum assequentibus, quo Ucraina futura sit neutralis, talis victoria Russorum Americanis erit clades propria. At tantam cladem nullo modo patientur, quia ubique terrarum volunt praestantiam suam servare.

Modo experti sumus exemplum pulchrum: Vide quales evenerint summitates *Gregis Septenarii et Vicenarii* (G7 et G20)⁶ a.2022 et a.2023 factas. In summitate a.2022 Russi adhuc erant valdê insulati, *Civitates Unitae* ceteras nationes presserunt, quae magis timuerunt, ne starent a parte Ruteniae; itaque valdê condemnauerunt *'bellum Russiae aggressivum'*. E contrario a.2023, cum vidissent – *oh!* - fieri posse, ut resisteretur magnis Civitatibus Unitis *iactu calceorum* insignibus⁷, subito dixerunt:

5 orig. *world-wide dominance*.

6 <https://de.wikipedia.org/wiki/G7>: „Die **G7** (Abkürzung für **Gruppe der Sieben**) ist ein informeller Zusammenschluss der zu ihrem Gründungszeitpunkt bedeutendsten Industriestaaten der westlichen Welt in Form regelmäßiger Gipfeltreffen der Staats- und Regierungschefs. Das Forum dient dem Zweck, Fragen der Weltwirtschaft zu erörtern. Dem Gremium gehören Deutschland, Frankreich, Italien, Japan, Kanada, das Vereinigte Königreich und die Vereinigten Staaten an. Die Europäische Kommission hat einen Beobachterstatus. Die G7-Staaten stellen etwa 10 Prozent der Weltbevölkerung und erwirtschaften etwa 45 Prozent des weltweiten Bruttonationaleinkommens. - cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/G20>: „Die **G20** (Abkürzung für **Gruppe der Zwanzig**) ist ein seit 1999 bestehender informeller Zusammenschluss aus 19 Staaten, der Europäischen Union und der Afrikanischen Union. Sie repräsentiert die wichtigsten Industrie- und Schwellenländer. Die G20 dient vor allem als Forum für den Austausch über Probleme des internationalen Wirtschafts- und Finanzsystems, aber auch zur Koordination bei weiteren globalen Themen wie Klimapolitik, Frauenrechte, Bildungschancen, Migration und Terrorismus.“

7 <https://de.wikipedia.org/wiki/Schuhwerfen>: „zum **Schuhwerfen als politischem Protest** s. https://de.wikipedia.org/wiki/Muntazer_al-Zaidi „**Muntazer al-Zaidi** (a

rabisch **مُنْتَظَرُ الزَيْدِي** *Muntazar az-Zaidi*, DMG *Muntaẓar az-Zaidī*; *12. November 1979) ist ein irakischer Journalist, der international bekannt wurde, als er in einer Pressekonferenz am 14. Dezember 2008 den damaligen US-amerikanischen Präsidenten George W. Bush mit zwei Schuhen bewarf. Al-Zaidi arbeitete für den irakischen Fernsehsender al-Baghdadia TV mit Sitz in Kairo. Die Pressekonferenz fand im Palast des Premierministers in der Grünen Zone Bagdads statt. Al-Zaidi erhob sich, bewarf den Präsidenten mit seinen beiden Schuhen und rief dabei: „*Das ist ein Abschiedskuss, du Hund. Dies ist von den Witwen, Waisen und allen, die im Irak getötet worden sind.*“

'Non iam volumus agi de themate Ucrainae'. Haec autem sensuum mutatio Americanis est difficultas gravis. Prius enim mundus propter sanctiones aliasque aerumnas timuerat, ne molestiam pararet Civitatibus Unitis, sed nunc mundus vidit: *'Oh, potest fieri, ut Civitatibus Unitis molestiae parentur'*. Inde ex hōc tempore terrae Meridiei Globalis sentiunt: *'Nos non iam debemus oboedire Civitatibus Unitis'*. Ergo Americanis agitur de re gravissimâ, itaque augent sumptûs, quia res sibi evadunt male.

Cellarius: Soles referre de bello in ipsâ regione discriminis versans. Quaeram: Quando ultimo ibi fuisti, et quae expertus es? Quid scis referre duobus annis post illum diem 24. m.Febr. a.2022, quo bellum est eruptum?

Praeco: Varia de variis locis. Iam diutius ibi non fui. Ultimo in fronte bellicâ fui a.2023. Non, compluries ibi fui. Sed illis diebus fui *observator suffragiorum*, in urbe *Saporoschja*, et Ruteni vehementer sollicitantur, ne quid accidat observatoribus suffragiorum. Haec observatio facta est procul a fronte bellicâ, ne displosiones quidem audivimus. Itaque ibi non multa expertus sum de rebus bellicis. Vidi, quomodo homines ibi viverent, in regionibus illis, quae – secundum opinionem Russicam – sunt dicionis russicae. Quomodo ibi homines domos aedificent, et quo sint affectu animorum. Nam ibi multum huc illuc vehebamur. Per vias ambulabamus cum hominibus colloquentes. Singulae regiones inter se differunt: *Pratalia*⁸, *Fornaces Hugoniana*⁹, *Azagarium*¹⁰. Itaque oportet accuratius quaeramus.

8 **Prātālia**, -ium n.pl. cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Volksrepublik_Lugansk: „Die völkerrechtlich nicht anerkannte **Volksrepublik Lugansk**, auch *Lugansker Volksrepublik* (russisch Луганская Народная Республика *Luganskaja Narodnaja Respublika*, ukrainisch Луганська народна республіка *Luhanska narodna respublika*; Abkürzung ЛНР, LNR), wurde im April 2014 zu Beginn des Russisch-Ukrainischen Krieges mit russischer Unterstützung auf einem Teilgebiet der Oblast Luhansk der Ukraine ausgerufen. Sie stellte mit der Volksrepublik Donezk ein de-facto-Protectorat Russlands dar und wurde nach einem international nicht anerkannten Scheinreferendum im September 2022 mit der Ratifikation eines Beitrittsvertrags durch den russischen Föderationsrat im Oktober 2022 von der Russischen Föderation völkerrechtswidrig annektiert.

9 **Fornācēs Hūgōniānae** f.pl. https://de.wikipedia.org/wiki/Volksrepublik_Donezk: „Die sogenannte **Volksrepublik Donezk**, auch *Donezker Volksrepublik* oder selten *Volksrepublik Donetsk* (russisch Донецкая Народная Республика *Donezkaja Narodnaja Respublika*, ukrainisch Донецька народна республіка *Donezka narodna respublika*; Abk.: ДНР, DNR), war ein unter russischer Protektion bestehendes Territorium, dessen selbstproklamierte Staatlichkeit nur von Russland, Syrien und Nordkorea anerkannt wurde. Sie wurde im April 2014 zu Beginn des Russisch-Ukrainischen Krieges auf Teilen der Oblast Donezk in der Ukraine ausgerufen und nach einem Scheinreferendum im September 2022 von Russland annektiert und völkerrechtswidrig in die Russische Föderation eingegliedert. Das Gebiet im Donezbecken grenzte im Osten an Russland, im Süden an das Asowsche Meer und im Nordosten an die in einem ähnlichen Status befindliche Volksrepublik Lugansk, die in der Oblast Luhansk lag.“

10 **Azagarium**, -ī n. <https://en.wikipedia.org/wiki/Zaporizhzhia>: „**Zaporizhzhia** (Ukrainian: Запоріжжя, IPA: [zəpɔˈrɪʒːɟɐ] ⓘ); Russian: Запорожье, romanized: *Zaporozhye*, IPA: [zəpɐˈrozʲjɐ] ⓘ), formerly known as **Oleksandrivsk** until 1921, is a city in southeast Ukraine, situated on the banks of the Dnieper River. It is the administrative centre of Zaporizhzhia Oblast. Zaporizhzhia has a population of 710,052 (2022 estimate). Zaporizhzhia is known for the historic island of Khortytsia, multiple power station and for being an important industrial centre. Steel, aluminium, aircraft engines, automobiles, transformers for substations, and other heavy industrial goods are produced in the region.... On 3 March, Russian forces approached the Zaporizhzhia Nuclear Power Plant, raising concerns about a potential nuclear meltdown...“

Cellarius: Quonam modo quaeris? Quae differentiae tibi videntur esse gravissimae? Nonne inde ex belli initio facta est interim quaedam defatigatio bellum gerendi? Suntne homines etiam desperatiores? Quid expertus es?

Praeco: Defatigationem belli gerendi prorsus non video. Quod attinet ad *Pratalia* et *Fornaces Hugonianas*, res est manifesta. Quorum incolae ex anno 2014 bellum experti sunt. Facile intellegitur eosdem velle fieri russicos. *Azagarium* et *Nova Cherronesus*¹¹ aliquantulo fuerunt urbes aliae. Cum primo essem *Azagarii* – mense Martio a.2022 – iam vidi incolas favere Russis. At homines timebant. In Ucrainâ ex a.2014 omnis incola supprimebatur, qui non negabat Russiam sibi aliquatenus placere. Quidnam experti sumus mense Martio a.2022 tertiâ septimanâ belli? Tum militibus nos protegentibus ambulantes cum hominibus collocti sumus. Animadverti Russorum adversarios incredibiliter strepere, indignatos clamitare. Sed fuerunt etiam Russiae comprobatores, qui timuerunt et praetereuntes susurraverunt: ‘*Gratias agimus, quod adestis*’. At timuere, ne quid apertê dicerent – talis erat affectus animorum in Ucrainâ universalis. Illo autem tempore maioritas civium *Azagarii* mihi visa est favere Russiae. In urbe *Novâ Cherroneso* mense Maio a.2022, cum adessem, alium sensi affectum animorum. Tum affectus fuit anceps atque ambiguus. Deinde ibidem fui iterum mense Septembri a.2022, et nunc per nonnullos menses opinio civium prorsus inclinata est in partem russicam. Nam huic regioni ab Ucrainis militibus tela iniecta sunt vehementer – ferê in omnem vicum, in omne oppidulum tela sunt iniecta, etiam in scholas et nosocomia. Milites Ucrainiani exactê collineantes eo sclopetant. At sic non captatur incolarum favor, ideoque in regione *Cherronesiensi* affectus animorum intra spatium 3-4 mensium funditus est conversus. Quod expertus sum magnâ cum suspensione animi. Regiones sunt vehementer variae. Sed inspectio frontis militaris, in primo ordine, vix est commendabilis.

Cellarius: Animadvertisne etiam mores militum bello procedente efferascere? Nuper spectavi relationem televisionis Iaponicae, cui infuerunt imagines incredibiles. Quibus reddita est tota saevitia belli. In initio dicebatur de bello ordinato duorum exercituum regularium. Quid scis dicere de saevitiâ belli Ucrainiensis qualis apparet altero anno post eruptionem transacto?

Praeco: Sic dicam: Actiones pugnandi factae sunt duriores et saeviores. Certê sunt tales factae. Quae in initio fuerant aliquatenus moderatae. At bellum ipsum semper

11 *Nova Cherronēsus*, -ī f. <https://en.wikipedia.org/wiki/Kherson>: „**Kherson** (Ukrainian and Russian: Херсон, Ukrainian: [xɛr'sɔn] ⓘ; Russian: [xʲɪr'son]) is a port city in Ukraine that serves as the administrative centre of Kherson Oblast. Located by the Black Sea and on the Dnieper River, Kherson is the home to a major ship-building industry and is a regional economic centre. At the beginning of 2022, its population was estimated at 279,131. ... As the first new settlement in the „Greek project“ of Empress Catherine and her favourite Grigory Potemkin, it was named after the Heraclea Pontic colony of Chersonesus, (Greek: Χερσόνησος, translit. *Khersónēsos* [kʰer.só.ne:.sos]) which was located on the Crimean Peninsula, meaning 'peninsular shore'....“

fuit saevum. Equidem primo mense Aprili fui in urbe *Mariopoli Graecorum*¹². Ibi adhuc sclopetabatur. Et *Mariopoli Graecorum* fuit *Siderurgia Asowiana*¹³; hoc iter fuit periculosum. Ibi in urbe graviter destructâ collocuti sumus cum hominibus, qui ante horam demum ex hypogeo venerant. Qui sederant in hypogeo per sex septimanas. Ea autem quae iidem narraverunt fuerunt saevissima. Saevum et crudele istud bellum semper fuit. Illam relationem Iaponicam ignoro. Sed narrationes de sceleribus bellicis terribiles audivi ex primo die istius belli.

Cellarius: Novistine etiam numeros mortuorum? Exstatne aliqua pagina interretialis, cui insunt numeri mortuorum belli Ucrainiensis? Suntne ibi numeri creditu digni?

Praeco: Tales indices non respicio. Qui non possunt examinari. In bello autem consentaneum est, ut pro certo habeamus utramque partem mentiri. Generaliter quantum expertus sum ea, quae a *Ministerio Defensionis Russico* nuntiantur, plus minusve posse verificari. Quod non nuntiat amissa propria – hoc non fit in bello. Sed ea quae nuntiant videntur esse vera, quantum hoc postea potest examinari. Attamen nihil dicam de singulis numeris. Aestimemet omnis quantacumque.

Cellarius: Suntne etiam captivi huius belli? Si qui sunt, quid fit de iisdem? De talibus ferê nihil legitur.

Praeco: Scilicet esse captivos belli. Ego iam feci colloquia interrogatoria cum captivis bellicis. Scilicet tales factos esse ex bello ineunte. Russi strictê distinguunt milites communes ab illis, qui commiserunt scelera bellica, e.g. *milites Asowiani*. Fui in oppido *Jelenovka*, in carcere perquisitorio¹⁴. Ibidem multos vidi milites *Asowianos*, quorum bracchia integra erant obsita *crucibus hamatis*. Si isti in Germaniâ

12 <https://de.wikipedia.org/wiki/Mariupol>: „**Mariupol** (ukrainisch **Маріуполь**[ⓘ]? [*meri'upɔlʲ*], russisch Мариуполь [*məri'upəlʲ*], griechisch Мариούπολη; 1948–1989 *Schdanow*, russisch Жданов) ist eine Stadt in der Oblast Donezk in der Ukraine, die vor Beginn des russischen Überfalls von 2022 rund 440.000 Einwohner (Stand 2018) hatte. Die Stadt war historisch eines der wichtigsten Zentren der Griechen in der Ukraine, die bis heute eine wichtige Minderheit in der Stadt sind. Mariupol liegt am Ufer des Asowschen Meeres an der Mündung des Kalmius und war bis zur Belagerung von Mariupol ab dem 24. Februar 2022 eine bedeutende Hafen- sowie Universitätsstadt und Wirtschaftszentrum. Seither hat die Stadt massive Zerstörungen erlitten.

13 https://de.wikipedia.org/wiki/Belagerung_von_Mariupol: „Die **Belagerung von Mariupol** begann nach dem russischen Überfall auf die Ukraine am 24. Februar 2022. Die russischen Angreifer brachen bei der dreimonatigen Eroberung der Stadt unter großem Materialeinsatz den Widerstand der ukrainischen Verteidiger – dabei kam es bei einem Zusammenbruch der städtischen Infrastruktur und der weitgehenden Zerstörung von Wohngebieten zu einer großen Anzahl von Opfern unter der Zivilbevölkerung. Im Verlauf der Belagerung reduzierte sich das von ukrainischen Soldaten gehaltene Gebiet auf das Industriegebiet des Metallurgischen Kombinats Asow-Stahl. Die letzten Verteidiger gaben am 20. Mai 2022 ihren Widerstand auf“. - https://de.wikipedia.org/wiki/Metallurgisches_Kombinat_Asow-Stahl: „Das **Metallurgische Kombinat Asow-Stahl** (ukrainisch металургійний комбінат «Азовсталь») war ein Hüttenwerk in der ukrainischen Stadt Mariupol. Es ist mit elf Quadratkilometern Fläche eines der größten Europas und eines der wichtigsten der Ukraine. Während des russischen Überfalls auf die Ukraine wurde das Werk im April und Mai 2022 stark beschädigt und schließlich von russischen und prorussischen Armeeeinheiten eingenommen. Im Fabrikgelände gibt es mehrstöckige unterirdische Bunkeranlagen, die im russisch-ukrainischen Krieg 2022 von eingeschlossenen ukrainischen Truppen und Zivilisten benutzt wurden. Diese Gänge mit einer Gesamtlänge von 20 km reichen bis in eine Tiefe von 30 m, stammen aus der Zeit des Kalten Kriegs und können einen Atomschlag überstehen.

14 <https://anti-spiegel.ru/2022/besuch-im-von-der-ukraine-bombardierten-gefaengnis-jelenovka/>

ambularent, deberent gerere manicas longas, perlongas, quia eorum notae threiciae sunt constitutioni Germaniae adversariae. At scilicet istos esse bonos milites pro democratiâ pugnantes! - Russi autem disquirunt, qualia scilicet tales milites Ucrainiae commiserint. Asowiani multa scelera bellica commiserunt¹⁵. At communes milites exercitûs Ucrainiani solito more fiunt captivi bellici. Scilicet talem carcerem non esse deversorium lautissimum, sed captivi ter in die accipiunt cibos sufficientes et possunt lavacrum pluvium sumere. Ipse vidi duos carceres captivorum bellicorum, in urbibus *Jelenowka* et *Fornacibus*.

Cellarius: Obicitur tibi interdum te esse *disinformatorem* Rutenorumque *propagandistam* et similia. Itaque ex te quaeram nunc: Vadisne tu interdum etiam in alteram partem frontis bellicae? Loquerisne interdum etiam cum Ucrainiis, qui pugnant pro Ucrainâ, qui dicuntur defendere valores occidentis classicos? Quid dicunt illi?

Praeco: Libenter vellem hoc facere. At difficultas in eo est, quod Ucraina omnia censurae subiecit. In Ucrainâ omnis, qui aliter sentit ac gubernatio, in carcerem conicitur. Si in Ucrainam veherer, statim post limitem vincirer. Ergo libenter quidem vellem cum Ucrainis loqui in ipsâ Ucrainâ, sed non possum. Sunt mihi nôti homines in Ucrainâ viventes, quorum sententias noverim. Sed mihi non licet iter facere in Ucrainam.

Cellarius: Quid scis de exercitu Ucrainae? Quomodo milites procedunt? Quam saevi sunt? Quid scis de militibus Ucrainiis?

Praeco: Generaliter dicendum est: Etiam milites sunt homines. Et in omni societate sunt etiam homines scelerati. Et sunt etiam milites, qui delinquant. Sunt quidem *bataliones* illae *nacistarum*, velut corporationes voluntariorum et *Asowiani* et ceteri. Qui saeviebant sat atrociter. Sed milites Ucrainiae proprii plerique sunt mansuetiores et miserrimi. Idem quidnam faciant, si imperium accipiunt tale quale est: *'Adduc artilleriam tuam ad urbem Pratalium et cura, ut granata iaciantur in plateam mercatoriam!'* - Quid restat militi nisi oboedit? Mandatu accepto tela iaculatur. Semper oportet quaeramus: talia scelera utrum fiunt a praepositis imperata necne? In Ucrainâ autem fit interdum etiam postremum. Ibi etiam saevit ista *Corporatio Russorum Voluntariorum*, qualis dicitur, quae a diurnariis occidentalibus eximiê

15 <https://www.juedische-allgemeine.de/politik/ukraine-mit-nazis-gegen-putin/>: „Meinung Ukraine: **Mit Nazis gegen Putin** - von Armand Presser 15.09.2014 17:51 Uhr: Am Montag, den 8. September, berichtete das ZDF in der Nachrichtensendung »Heute« über die neuesten Entwicklungen im Ukraine-Konflikt. Dabei wurden Soldaten des **Asow-Bataillons** gezeigt, die für die ukrainische Regierung die Stadt Mariupol beschützen sollen. An ihrer Montur und ihren Helmen waren deutlich Hakenkreuze und SS-Runen zu sehen. Dies blieb völlig unkommentiert im Beitrag des öffentlich-rechtlichen Senders. Wo ist die journalistische Sorgfaltspflicht des ZDF geblieben? ... Wird unsere sogenannte westliche Freiheit in Mariupol nun auch schon von paramilitärischen, faschistischen, der NS-Ideologie anhängenden Einheiten verteidigt? Amnesty International hat den ukrainischen Ministerpräsidenten Arseni Jazenjuk aufgefordert, dem entsetzlichen Treiben der marodierenden Milizen ein Ende zu setzen. Mehr als 40 selbst ernannte Freischärler-Gruppen dürfen derzeit mit Duldung der ukrainischen Führung mit Waffengewalt die viel beschworene nationale Einheit der Ukraine torpedieren.“

laudatur, quia prope urbes q.s. *Belgorod* et *Kursk* iterum iterumque limitem transgressus impetum facit in vicos russicos – ubi nemo habitat nisi homines civiles, qui non sunt scopi militares. At necesse est legere quam accuratissimê. Nam quodammodo - ut ita dicam - *inter lineas* accipitur tota ista caterva constare ex *nacistis*. Capito istius est Dominus *Capustinus*¹⁶, quidam Russus Moscuæ natus, qui ex aetate septem annorum in Germaniâ adolevit, e Germaniâ expulsus est propter ideologiam suam radicalis socialismi nationalis. Deinde îdem iit in Ucrainam – cuius gubernatio eundem recepit – ista gubernatio *superdemocratica*.



Dionysius Eugenides CAPUSTINVS
alias Denis Nikitin (*1984)

In Ucrainâ *Capustinus* adiuvatur, operatur pro officio secreto, necnon accepit planiformam medialem in quâ ei licet narrare ideologiam suam vesanam. Îdem vir catervam collegit ex Russis *nacistis*, quibuscum faciat tales impetûs. Scilicet militibus Ucrainae obtegentibus. Nam Ucraniis nescientibus *Capustiniani* non possent transvehi limitem ucrainio-russicum ponderosis armis et vehiculis extravialibus ex Americâ acceptis¹⁷. - Ut dicam brevius: Est reverâ hîc illîc in Ucrainâ quaedam pugnandi crudelitas. Tamen verbis efferendum est: Bello Ucrainiensi per biennium pauciores homines civiles sunt interfecti quam per dimidium annum bello Gazensi. Si in bello Ucrainiensi scopi civiles telis affliguntur, hoc plerumque fit reliquiis ruchetarum in aëre displosarum. Scilicet etiam Russos interdum ruchetas falso dirigere, sed saepe detrimenta civilia fiunt reliquiis ruchetarum iam diruptarum. Quae

16 https://de.wikipedia.org/wiki/Denis_Jewgenjewitsch_Kapustin: „**Denis Jewgenjewitsch Kapustin** alias **Denis Nikitin** (russisch Денис Евгеньевич Капустин alias russisch Денис Никитин; * 6.März 1984 in Moskau ist ein russisch-deutscher Rechtsextremist, Hooligan und Kampfsportler sowie eine Führungsperson des Russischen **Freiwilligenkorps**, das nach dem russischen Überfall auf die Ukraine im August 2022 entstand und seit 2023 zeitweise an der Seite der Ukraine kämpfte.“

17 angl. *humvee*, i.e. militare vehiculum extraviale et multiusuale, cfr https://de.wikipedia.org/wiki/High_Mobility_Multipurpose_Wheeled_Vehicle: „Das **High Mobility Multipurpose Wheeled Vehicle** (kurz: **HMMWV**, der meist **Humvee** genannt wird) ist ein geländegängiges Fahrzeug, das als Nachfolger des M151 für die US-amerikanische Armee entwickelt wurde und seit 1985 von dem US-amerikanischen Hersteller AM General in verschiedenen Versionen produziert wird...“

defensione antiaeriâ deiectae humum cadunt. Scilicet ista fieri infeliciter – sed non a Russis consulto efficiuntur.

Cellarius: Sed dic mihi, num rectê te intellexerim: Istud dictum dubium atque litigiosum, secundum quod in Ucrainâ profecto pugnant *nacistae*, tune quidem clarê affirmas? In Ucrainâ pugnare *nacistas* tu expertus es, vidisti, nulloque modo negas?

Praeco: Suadeo tibi, ut eas aliquando in carcerem captivorum Ucrainianorum: invenies multos viros, quorum bracchia notis Threiciis impuncta sunt nacisticis: spectabis in iisdem runas *Cohortis Satellitum (SS)* germanicas et cruces hamatas necnon imagines ipsius *Hitleri*. De hac re non est disputandum. Non omnes milites Ucrainii sunt nacistae. Sed exercitui Ucrainiae insunt nacistae, quos gubernatio, cum sibi grati sint, pecuniâ adjuvat et fovet. Equidem fui in basi quadam Asowianâ prope Mariopolin sitâ. Asowiani ibi iconam habuerunt imagine *Hitleri* instructam. Talis res ne Germanis quidem fascistis in mentem venerat. Ergo haec res extra quaestionem est. Ibi sunt nacistae – non dico, quot sint neque dico omnes milites ibi versantes esse nacistas, sed certissimum est ibi versari milites nacistas. Et pro certo habeo hoc optari atque organizari a gubernatione Ucrainae. Et Occidentales hoc sciunt. In basi Asowianâ Mariopolitanâ invêni chartas salutatorias Germanorum cooperatorum ambasciatoris. Qui non possunt contendere se nescire, quo vecti sint. Qui non possunt dicere se hoc non vidisse.

Cellarius: Hoc thema est incredibiliter litigiosum: Non iam toties tractatur a diurnariis, tamen adhuc thema incredibiliter aculeatum est - *Caedes Buchaënsis*^{18!} Quid scis de eâdem? Scisne nos de istâ re facere certiores?

Praeco: Primo non possum quin dicam me de hac re nihil certo scire. Nam non fui ibi. Sed est mihi notus quidam Francogallus, qui ibi fuerit. Hoc postea narravit in emissione Francogalliae radiophonicâ ideoque in summam difficultatem adductus est. Qui Francogallus narravit se unâ cum aliis diurnariis ibi fuisse et vidisse homines cadavera ex autoplaustris eximentes et pannis induentes. Hoc credas aut non credas. Îdem vir in Francogalliâ hanc rem narrans in summas angustias adductus est, immo non multum afruit, quin attemptione interficeretur. Interim in Rutenia asylum accepit. Sit ita – non certo scimus. Convertamus nos ad eas res, quae sunt manifestae. Certo scimus brevi ante *caedem* illam *putativam* Russos mense Martio exeunte subito ex regione Chioviensi recessisse. Hoc in occidente adhuc per errorem habetur pro

18 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Massaker_von_Butscha: „Als **Massaker von Butscha** wird eine Reihe von Kriegsverbrechen in der Stadt Butscha (Oblast Kiew), einem Vorort von Kiew, bezeichnet, die im Frühjahr 2022 während der Schlacht um Kiew durch Angehörige der russischen Kriegspartei an der ukrainischen Zivilbevölkerung begangen wurden. Nachdem die russischen Streitkräfte **Anfang April 2022** nach etwas mehr als einem Monat abgezogen waren, wurden laut ukrainischen Angaben bis August 2022 (Schlussbilanz) 458 Leichen gefunden, von denen 419 Anzeichen dafür trugen, dass die Opfer erschossen, gefoltert oder erschlagen worden waren. 39 scheinen eines natürlichen Todes verstorben zu sein. Fast alle Toten waren Zivilisten. Alle Fälle werden von Ermittlern für Kriegsverbrechen untersucht. Russland wird vorgeworfen, gezielt Massaker an ihnen verübt zu haben. **Die russische Regierung bestreitet eine Beteiligung russischer Soldaten an den Folterungen und Tötungen.**“

indicio magnae victoriae Ucrainianorum. At reverâ illo tempore ibi vix pugnabatur – Russi tamen abierunt nullâ clade nullisque angustiis coacti. Russi hoc eo explicant, quod illo tempore Constantinopoli disceptabatur de pace. Nam iidem a Chiovensibus iam acceperunt chartam, cui inscriptum erat: *‘Bene, assentimur, non fiemus membrum Natonis, sumus natio neutralis’*. Hoc est id quod Rutenia voluerat. ***Rutenia numquam plura voluerat quam neutralitatem Ucrainae inter se et occidentem sitae.*** De hac re Russia et Ucraina inter se iam consenserunt. At tum subito Ucraina dixit: *‘Ista non est vera disceptatio, nam Chiovam copiis vestris circumdedistis.’* – Russi nunc dicunt se deinde recessisse, ut bonam suam voluntatem demonstrantes disceptationes perficerent. Quis rectê refert de hac re, Russi an Ucraini? Nescio. At verum est: Non factae sunt illo tempore pugnae maiores. Tamen Russi subito abierunt. - Si Ruteni reverâ tanta scelera bellica ibi commisissent, quantorum nunc ab Ucrainis accusantur, ut ubique cadavera in viis Buchensibus prosternerentur – equidem ipse etiam fui in aliis regionibus, ubi Ruteni adhuc pugnabant, sed ibidem tantos acervos cadaverum non vidi – nonne Ruteni antequam profecti sunt, potuissent ista cadavera auferre? Nam iam diutius sciverant se profecturos esse. Non subito et praeproperê aufugerunt. Quid nunc? Nunc rêfert chronologia, quâ animus suspendatur. Deinde facta sunt haec quae sequuntur: D.31. m.Mart. Ruteni profecti sunt. In interreti fuerat scopocinema, quod interim est extinctum – quod irretiverat burgimagister urbis *Buchae*. Qui in eodem laetê subridens narravit: *‘Abierunt occupatores! Sumus liberi! Gloria sit Ucrainae! - Slava Ucraini!’*¹⁹. Qui vir fuit hilarissimus – urbe suâ liberatâ. Ne unum quidem verbum dixit de sceleribus bellicis deque cadaveribus eqs. Nullum verbum. Et animo fuit elatissimo. Ridebat et celebrabat. - Deinde – puto hoc factum esse d.2. m.Apr. - nuntiatum est: *‘Adventurae sunt copiae Ucrainianae’*. At nunc non facta est pugna ad Russos arcendos. Diurnarii ucrainiani nuntiaverunt: *‘D.2. Apr. Adventurae sunt copiae Ucrainianae.’* Has copias esse ipsas corporationes radicaliter nationalisticas, easdem ingressuras esse *Bucham*, quas iussas esse urbem liberare a Russorum collaboratoribus. - Sic fuit. Multa scopocinemata etiam illo tempore facta sunt stupenda. At d.3. m.Apr. apparuerunt cadavera in viis prostrata ---- sed in scopocinematis, quae recepta sunt copiis Ucrainiis ingredientibus – nondum conspiciuntur cadavera. At milites Ucraini ingrediuntur iussi urbem purgare a Russorum collaboratoribus – et postridie urbs scatet cadaveribus. Cadavera autem – hoc multum valet – omnia instructa erant *fasciis bracchialibus coloris albi*. Fasciae autem bracchiorum albae sunt signa partis russicae – Ucrainii gerunt fascias bracchiorum *caeruleas*. Diurnarii aspectant photographemata – vident fascias bracchiorum *albas*. Haec hactenus de *Bucha*. Nolo palam praeproperê aliquid concludere et contendere. Sed dico in hac re restare quasdam quaestiones nondum solutas. Necnon accessit hoc: Ucraina usque hodie non

19 cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Ruhm_der_Ukraine: „**Ruhm der Ukraine** (ukrainisch **Слава Україні** *Slawa Ukrajini*), auch übersetzt als **Ehre der Ukraine** oder **Hoch lebe die Ukraine**, ist eine gängige Grußform und ein beliebter Slogan in der Ukraine. Seit 2018 ist der Zuruf „Ruhm der Ukraine!“ sowie die Antwort „Den Helden Ruhm!“ (**Героям слава** *Herojam Slawa*) der offizielle militärische Gruß der ukrainischen Streitkräfte. Im Verlauf des russischen Überfalls auf die Ukraine 2022 fand der Slogan als Ausdruck des Widerstands bei internationalen Protesten weite Verbreitung.

id assecuta est, ut alicui organisationi internationali proponeret indicem, cui insunt nomina hominum mortuorum – usque diem hodiernum. Ergo nulla caedis est demonstratio – praeter imagines atroces diurnariis traditas et cadavera hominum, qui Russiae faverant et mortui in viis prostrati erant.

Cellarius: Scisne, quare haec res non sit investigata? *Selenscius* dixit Ucrainam hanc rem investigaturam esse. Quantum scio, in illâ regione exercitus Ucrainae est praesens, quia est regio Ucrainiana. Scisne, quare haec res nondum sit investigata?

Praeco: Oportet hoc quaeras ex illis. Equidem possim speculari illos nolle rem investigare, ne patefiat totam rem esse fraude simulatam neque illa cadavera spectare ad incolas urbis. Nescio. Oportet hoc quaeras ex illis. Verum est: Si haec omnia tam clara et manifesta sunt, quam Occidentales contendunt, quidni publicant indices mortuorum et admittunt commissionem Unonis? Est enim quaedam mandataria Unonis iurum humanorum, quam possunt unâ cum commissione in urbem immittere et rogare incolas indices mortuorum inspicientes: *'Hic homo habitavitne hîc loco an non?'* At talia non faciunt. Deliberet quicumque, quare non faciant.

Cellarius: Quae res in istâ *caede Buchaensi putativâ* tibi videtur manere incerta? Cui quaestioni nondum responsum est? De qua re tu ipse dubitas?

Praeco: Equidem prorsus non dubito. Explicatio occidentalis mihi videtur esse inanissima, quia posset demonstrari, si esset verê certa. Sed non demonstratur, nihil publicatur nisi relationes diurnariorum, quibus animi commoveantur, sed nulla afferuntur argumenta rationalia. Nulla afferuntur indicia. Non est commissio rei investigandae internationalis, nullus exstat index mortuorum. Nescio, quid reverâ *Buchae* factum sit. Sed scopocinematibus spectatis, quae facta sunt spatio dierum ab 31. m.Mart. usque ad 3.um vel 4.um m.Apr., licet concludere aliquid certum. Fuerunt sat multa, omnia interim ex interreti sunt ablata. Fuit quidam histologista Ucrainius, qui venerat ex urbe Buchâ, et habitavit *Chiovae*, d.1. m.Apr. vectus est *Bucham*, cameram manu tenens per urbem ambulavit et omnia cinematographavit! Nullum cadaver cinematographavit! Et cinemate suo irretito in ingentes difficultates est adductus; deinde alterum cinema interreti imposuit, in quo prolixê explicavit, quare nullum cadaver cinematographasset! Et postea ex interreti exemit utrumque cinema. Magnae ei allatae sunt molestiae. Ergo restant quaestiones. Mihi quidem persuasum est me habere indicia sat multa, quibus concludam totam rem esse *inscaenatam*, i.e. fraude confictam.

Cellarius: Tibique videtur sat verisimile gubernationem Chiovensis a tantâ fraude non absterreri?

Praeco: Certê, nam ista non primo talia fecit. Aliae quoque fraudes factae sunt sat certae. Nonnullis mensibus post factus est casus *Kramatorskensis*²⁰. Tum rucheta iniecta est in stationem ferriviariam urbis *Kramatorsk* hominibus profugis abundantissimam. Statim ubique terrarum occidentalium exclamatum est ‘*Vae istis Russis improbissimis!*’. At iterum culpa attributa est praeproperê. *Agentura Francogalliae diurnaria* (AFP)²¹ photographavit reliquias ruchetae. In iisdem cognoscitur numerus serialis ruchetae, qui est originis ucrainianae. Hic numerus facilis fuit cognitu, quod in symbolâ meâ etiam demonstravi. Ipse iam vidi reliquias ruchetarum, quae de caelo deciderant. Etiam tales, quales eiectae erant ab Ucrainiis. Deinde hic *casus Kramatorskiensis* a diurnariis non iam tanti factus est. Sed tales accusationes ficticiae et praeproperae solent fieri, quandocumque *Selenskius* in terras peregrinas proficiscitur pecuniam armaque mendicaturus. Simili praetextu abruptae sunt *discepciones Constantinopolitanae*, quibus agebatur de pace faciendâ: sub praetextu *Caedis Buchaensis putativae*. Illo tempore pax fieri potuit – pactum pacis magnam partem constitit – restabant tantum res minores statuendae, e.g. certus numerus militum, qui Ucrainae concederetur pace factâ. Tum subito facta est *Caedes Buchaensis putativus* – et omnes diurnarii colloquiis pacificis neglectis exclamant: *Vae vobis, Russi improbissimi! Cum istis ne fiant colloquia. Cum istis fieri non potest pax. Cum istis ne agatur nisi pugnando!*’ eqs. -

Deinde intervênit *Boris Johnson*²² d.8. m.Apr. – Britanniae olim Minister Primarius, d.8. in urbem *Chioviam* et fascem armorum usque id temporis omnium maximum afferens flagitavit: ‘*Pugnate!*’ - Quod interim etiam Ucrainii affirmant factum esse.

20 <https://de.wikipedia.org/wiki/Kramatorsk>: „**Kramatorsk** (ukrainisch **Краматорськ**; russisch Краматорск *Kramatorsk*) ist eine Großstadt mit etwa 160.000 Einwohnern (2016) in der Oblast Donezk im Osten der Ukraine. Sie ist der Verwaltungssitz der ukrainisch kontrollierten Teile der Oblast Donezk und wurde bis 2020 vollständig vom Rajon Slowjansk umschlossen (seitdem ist beides Teil des Rajon Kramatorsk). ... [https:// de. wikipedia. org/ wiki/ Angriff_auf_den_Bahnhof_von_Kramatorsk](https://de.wikipedia.org/wiki/Angriff_auf_den_Bahnhof_von_Kramatorsk): „Der **Angriff auf den Bahnhof von Kramatorsk** (*Краматорськ*) fand **am Morgen des 8. April 2022** im Rahmen der russischen Invasion in der Ukraine statt. Einer Untersuchung von Human Rights Watch (HRW) zufolge war es ein Angriff durch russische Truppen und **wird von HRW als mutmaßliches Kriegsverbrechen bewertet**. Der Vorfall ist Teil einer Reihe möglicher Kriegsverbrechen Russlands in der Ukraine. Der ukrainische Präsident Wolodymyr Selenskyj nannte Russland als Reaktion auf den Angriff „**das grenzenlose Böse**“. Der Angriff wurde unter anderem auch von EU-Präsidentin Ursula von der Leyen und dem UN-Generalsekretär Antonio Guterres scharf verurteilt. Jean-Yves Le Drian, der französische Außenminister, sprach von einem Verbrechen gegen die Menschlichkeit. **Der Kreml dementierte, diese Kurzstreckenraketen einzusetzen, und** gab an, auch keine Kampfeinsätze in Kramatorsk durchgeführt bzw. geplant zu haben...“

21 https://de.wikipedia.org/wiki/Agence_France-Presse: „Die französische **Agence France-Presse** oder kurz **AFP** ist die älteste internationale Nachrichtenagentur. Gegründet wurde sie 1835 in Paris von Charles-Louis Havas und war zuerst als „Agence des feuilles politiques, correspondance générale“ bekannt. Inzwischen ist sie weltweit als drittgrößte Nachrichtenagentur tätig und hat neben der Zentrale in Paris Büros und Mitarbeiter in 151 Ländern. Sie bietet Nachrichten auf Französisch, Englisch, Deutsch, Arabisch, Spanisch und Portugiesisch an. Pro Tag versendet AFP weltweit rund 3200 Artikel, 2500 Fotos, 100 Infografiken und 150 Videobeiträge.“

22 https://de.wikipedia.org/wiki/Boris_Johnson: „**Alexander Boris de Pfeffel Johnson** PC (*19.Juni 1964 in New York City, Vereinigte Staaten) ist ein britischer Politiker (Conservative Party) und Publizist. Vom 24. Juli 2019 bis zum 6. September 2022 amtierte er als Premierminister des Vereinigten Königreichs und war Vorsitzender des Commonwealth of Nations (Juli 2019 bis Juni 2022). Zuvor war er Herausgeber der konservativen Zeitschrift *The Spectator* (bis Dezember 2005), Bürgermeister von London (Mai 2008 bis Mai 2016) sowie britischer Außenminister (Juli 2016 bis Juli 2018).



BORIS JOHNSON (*1964)



ECCE STATIO FERRIVIARIA URBS KRAMATORSK D.08. m.Apr. a.2022. Ibidem duae ruchetae iniectae sunt tempore, quo aliquot milia Ucrainiorum civilium exspectaverunt urbis evacuationem. Mortui sunt 57, vulnerati 109 homines. In imagine vides reliquias ruchetae, cuius genus constructionis appellatur 9M79 Точка i.e. *Totschka*. Ruchetae verba inscripta sunt russica ,за детей', i.e. *pro infantibus*.

Profecto sunt sat multi Ucrainii, qui affirmant *Johnsonium* advenisse et dixisse: '*Nolite agere de pace, sed pugnate!*' -

Tales eventûs putativi, quales *casus Buchaënsis* et *Kramatorskiensis*, libenter adhibentur ad animos hominum avertendos – hoc est nihil novi. Qui libros historiae novit, scit multas res huiusmodi eo fine praetexi, ut narratio officialis ad verum adducatur. Exemplum *Vietnamiae*: *Sinus Tonkinensis*²³. Ibi nequaquam impetus

²³ <https://de.wikipedia.org/wiki/Tonkin-Zwischenfall>: „Der **Tonkin-Zwischenfall** (auch *Tongking-Zwischenfall*) bezeichnet man die Ereignisse am 2. und 4. August 1964 im Golf von Tonkin vor der Küste Nordvietnams. Dabei sollen nach Angaben der United States Navy nordvietnamesische Schnellboote zwei US-amerikanische Kriegsschiffe

factus erat, sed Americani dixerunt: ‘*Oh tela sunt iniecta in navem nostram, itaque oportet ludamus bellum vietnamiticum.*’ - Hoc non est novum. Et illum casum Buchaënsem puto simili causâ esse factum et rogo omnem, qui me itaque dicit esse improbum, ut mihi monstret resultata neutralis disquisitionis internationalis. Talis disquisitio fieri posset – illa regio est nunc dicionis Ucrainiae – sed non fit.

Cellarius: Quid scis generaliter dicere de copiis Russicis? Eaedem quali strategiâ utuntur? Quid observas in campo Martio post frontem russicam versans?

Praeco: Ibi non multa possum observare. Loquor cum militibus et experior, quo affectu sint animorum. Non sum particeps Ministerii Russiae Defendendae. Nescio stratagemata exercitûs Russici. Nonnulla mihi sunt dubia, alia intellego. Aestate Ucrainii magnam offensionem facientes temerariê aliquot decem milia militum in narcopedia²⁴ miserunt, ut permulti perirent. E contrario Russi agunt multo cautius, lentius – certê possent celerius progredi, sed volunt evitare amissiones militum narcopediis aliisve rebus effectas. Maximo commodo Russis est praestantia sua artilleriae et armorum aëronauticorum, quibus Ucrainios longê superant. Diu minus progressi sunt quam Ucrainii. Omnes qui aliquatenus belli gerendi periti sunt, sciunt aggressorem potius amittere quam defensorem. Ita factum est, ut sine ullo stratagemate rationali militibus per dimidium annum quadamtenus molâ carnariâ distritis Ucraina hodie non iam habeat sat multos milites. Russi generaliter non solent progredi vehementer, exceptis quibusdam locis, qualis fuit **Rabotino**²⁵, ubi factum est proelium vehemens. Generaliter autem Russi solent cautê progredi.

Cellarius: Quo fine Ruteni tibi videntur hoc bellum gerere? Quidnam vult **Vladimirus Putinus**? Quae causa propria subest eius stratagematibus?

Praeco: Rutenis magnus finis belli Ucrainici est neutralitas Ucrainiae, i.e. Rutenia vult prohibere, ne Ucraina particeps fiat cuiusvis foederis, ne faciat exercitia militaria cum aliis civitatibus, ne patiatur milites alienos in regione suâ versantes, ut Ucraina fiat res publica neutralis. Haec est postulatio Ruteniae clara atque intellegibilis. Praeter eam agitur de postulatione iurum *minoritatibus nationalibus* attribuendorum.

mehrmals ohne Anlass beschossen haben. Damit begründete die US-Regierung unter Präsident Lyndon B. Johnson ihre Tonkin-Resolution: Diese forderte das direkte Eingreifen der Vereinigten Staaten von Amerika in den seit 1956 andauernden Vietnamkrieg und legalisierte nach ihrer Annahme im US-Kongress von 1965 bis 1973 alle dortigen Kriegsmaßnahmen der USA. Ob die behaupteten Angriffe tatsächlich stattgefunden haben, war ab den 1960er Jahren umstritten. Seit den 1980er Jahren ist erwiesen, dass am 4. August 1964 kein Torpedoangriff auf die US-Kriegsschiffe erfolgt ist. Die Pentagon-Papiere (erschienen 1971) und die Memoiren von Robert McNamara (1995) belegen, dass die US-Regierung die Vorfälle durch bewusste Falschdarstellung zur Durchsetzung ihres seit 1963 geplanten direkten Kriegseintritts benutzte“.

24 ***narcopedium**, -ī n. *Minenfeld*. cfr ναρκοπέδιον.

25 **Rabotino** <https://www.youtube.com/watch?v=s2owYbQnAsQ>: Complete ruins and death: Ukraine's Rabotino village no longer exists. - https://www.youtube.com/watch?v=lu_-9QApKml: SCHLECHTER GERUCH ! Das Gebiet Chasov Yar ist übersät mit Leichen von Soldaten der ukrainischen Streitkräfte.- <https://en.wikipedia.org/wiki/Rabotino>: „**Rabotino** (Russian: Работино) is a rural locality (a village) in Voskresens-koye Rural Settlement, Cherepovetsky District, Vologda Oblast, Russia. The population was 12 as of 2002. Rabotino is located 61 km (38 mi) northeast of **Cherepovets** (the district's administrative centre) by road. Tekar is the nearest rural locality.“

Si Rutenia loquitur de hac postulatione, Occidentales respondent istam nil esse nisi *praeconationem propagandam*, reverâ Russos in Ucrainâ non suppressi. Quaeras hoc ex Hungaris in Ucrainâ viventibus: Qui valdê indignantur, quod male tractantur Hungari in Transcarpathiâ viventes. Similia valent quoad Dacoromanos Ucrainienses. Profecto in Ucrainâ minoritates nationales supprimuntur. **Russia autem vult omnes ethnias in Ucrainâ habere iura aequa. Necnon Russia vult Ucrainam esse rem publicam neutralem.** Hae duae Ruteniae postulationes sunt principales. De iisdem semper agebatur et nunc quoque agitur. Modo nuntiatum est et *Lucašenconem* et *Putinum* ipsum declaravisse: *‘si denuo de pace agemus, oportebit proficiscamur a rebus Constantinopoli pactis.’* Hoc significat pacta manere, sed verisimile est Russiam hodie postulaturam esse, ut ab Ucrainâ comprobentur regiones interim pro russicis declaratas ferê sic dicentem: *‘Vestra est culpa, quod per biennium frustra et in vanum pugnavistis, oportet haec amissa patiamini.’* Optatum Ruteniae principale est neutralitas Ucrainae, cui inhabitant minoritates nationales aequis iuribus instructae, Nationibus Unitis annuentibus. Neque plura postulat Russia neque minora. Numquam postulavit plura.

Cellarius: At quid respondes vocibus illorum, qui dicant: *‘Imminet magna expeditio Russiae in Europam facienda, harmata Russiae iam instituta sunt ante portas Berolini.’* Quonammodo scis argumenta istorum infirmare? Putasne tale periculum reverâ imminere toti Europae?

Praeco: Insania atque vesanitas! Primo dicam illis, qui talia contendunt: *“Attendite! Vos omnes dicitis: ‘Putinus dicit perquam perspicuê Russiam...’ Demonstrate eum talia dixisse! Ubi haec scripta sunt aut recepta? Quâ in oratione Putinus haec dixit? Equidem professionis causâ debeo omnem orationem Putini audire. Demonstrate mihi, ubi Putinus talia dixerit!”* Reverâ Putinus talia numquam dixit. Illi mentiuntur. Si quis mihi contradicit, is mihi monstret russicum textum originale. Si reverâ aliquid praetermisi, libenter confitebor me erravisse. Et alterum: Nuper lêgi prolixam relationem *Concilii Relationum Extranearum*²⁶, quae mihi videtur lectu valde digna.

Mucro huius textûs fuit hic: *‘Ucraina quia nunc est effeta atque exsanguis, ne nos bello devincamur, necesse est hanc terram nunc penetrari a militibus Europaeis adiuturis.’* - Ista relatio ante unam duasve septimanas scripta est. Patet hanc relationem scriptam esse ad usum et Americanorum et Europaeorum hominum responsabilium. Perquam autem mirandum est, quomodo auctores conati sint commoda unius et alterius gregis lectorum inter se coniungere: Nam in introductione scripserunt: *‘Si Ucraina ceciderit, Putinus iter faciet in Europam, Poloniam, terras Balticas, eqs. Imminent pessima! Itaque oportet nos nunc copias Europaeas illuc mittere. Americani nolunt participes fieri, sed oportet Europaeis illuc ire’*

Infra autem in symbolâ suâ scripserunt – quod est ridiculum:

26 i.q. *Council of Foreign Affairs*. cfr <https://www.foreignaffairs.com/ukraine/europe-not-nato-should-send-troops-ukraine>: „Europe—but Not NATO—Should Send Troops to Ukraine. To Halt Russia’s Advance, Kyiv Needs More Boots on the Ground. By Alex Cowther, Jahara Matisek, and Phillips P. O’Brien. April 22, 2024.

‘Ceterum hoc non est valdê periculosum copias Europaeos illuc mittere (a septentrione ad meridiem per Ucrainam), nam si eadem collocatae erunt in ripâ Borysthenis²⁷ dextrâ, Russi tam vehementer timebunt, ne tela coniciant in copias Natonis, ut istorum offensio impediatur’. - Explica utrum falsum sit! **Utrum** volunt Russi impetum facere in Natonem et audacter aggredi Natonem et ibunt in Poloniam inque terras Balticas, **an** vehementius timent copias Natonianas, quam ut tela iaculentur in easdem ne in Ucrainâ quidem? - Vides quam insana isti contendant – quanta mendacia isti mente confingant. Primo contenderant Russiam esse perquam periculosam, sed in alterâ parte ad usum lectoris Europaei scribunt: *‘Haec omnia non sunt periculosa, vobis nil mali accidet.’*

Cellarius: Quam periculosus tibi videtur status rerum, qui nunc valet? Lêgi Russos iam facere exercitia *atomicis capitibus displosivis* usos. Natonem iam cupidam esse milites colligendi. Ambasciatores ex urbe Moscuæ revocantur. Quae consideranti in mentem venit affectum animorum esse aliquatenus hostilem. Nonne potest fieri, ut status rerum exasperetur? Num fallor? An tibi quoque videtur ista res exasperari?



Praeco: Pro certo habeo talem esse statum rerum. Primo politici atque diurnarii dissimulant eo quod indignantur, quod Russi faciant exercitium armorum nuclearium. Nam facile in situ Natonis interretiali invenitur Natonem quotannis facere talia exercitia, in quibus deicit bombas exercitorias. In Norvegiâ habent loca exercitoria apta ad talia facienda. Etiam Germani milites eo volant bombas exercitorias deiecturi. Hoc est exercitium militare satis usitatum. Hôc tempore Russia annuntiavit exercitium *atomicis armis tacticis* faciendum, quia occidentales fiunt hostiliores. Quia *Macron* dicit: *‘Veni, mittamus milites’*, quia *Cameron* Britanniae minister rerum externarum dixit: *‘Ucrainiis licet ûti ruchetis a nobis missis, ut easdem iaculentur in Russiam’*. Tum Russi dixerunt: *‘Oh, oh, bene deliberate, antequam hoc permittetis: nos respondentes iaculabimur in aedificia et instituta Britannorum intra et extra Ucrainam’*. Hunc textum heri ex russo converti in theodiscum: *‘Declaratio Russici Ministerii Rerum Externarum’*. Qui perquam clarê dixerunt: *‘Si vos iaculati eritis*

²⁷ **Borysthenēs**, -is m., graecê Βορυσθένης, i.q. *Dnepr*, flumen Russicum. cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/Dnepr>: „Der **Dnepr** (russisch Днепр, im Deutschen auch als **Dnjepr** transkribiert, belarussisch Дняпро **Dnjapro**, ukrainisch Дніпро **Dniopro**) ist ein 2201 km langer Strom, der durch Russland, Belarus und die Ukraine in das Schwarze Meer fließt. Er ist nach der Wolga und der Donau der drittlängste Fluss Europas und seit der Anlage von fünf Schleusen auf rund 1700 km schiffbar.“

vestras Umbras Procellares (Storm Shadows) in regionem russicam, nos collineabimus ad scopos britannicos intra et extra Chersonesum Tauricam. – Res exasperatur. Hoc est quod iam dixi: Civitates Unitae non possunt declarata sua revocare, quia alioquin non possent, quin confiterentur: *‘Non sumus tam fortes quam simulavimus, non est causa, cur timeatis, nos vobis nihil facere possumus’*. Itaque Americani iterum iterumque exaugent arma et exasperant rationes bellandi in Bello Ucrainico adhibendas. Russi iterum iterumque monent, ne Natoniani transgrediantur lineas rubras: *‘Si ita perrexeritis agere, aliquando bellum erit inevitabile. Nunc iam tantum progressi sumus, ut Francogallia copias sit missura’*. Magna Britannia dicit: *‘Nos iaculabimur in scopos russicos.’* Non puto consentaneum esse, ut *Umbræ Procellares* in Ucrainâ dirigantur a Britannis; nam fieri potest, ut Britannia et Francogallia subito bellum gerant cum Russiâ. Quia occidentales usque nunc non videntur parati esse de pace disceptare, valde timeo, ne fiat bellum Russiae et Natonis.

Cellarius: Hôc modo volui verbis attingere: Rutenia iam compluries dixit se esse paratam ad disceptandum. *‘Nos, si occidentales parati erunt, manum porrigemus’*. Estne haec oblatio creditu digna? Nam in occidente omnis politicus dicit: *‘Non iam confidimus istis Russis, numquam, numquam ullo modo, cum tali natione non potest agi de pace’*. Estne hoc verum, credisne hoc, quae sunt indicia, quibus concludas hanc oblationem esse creditu dignum?

Praeco: Russi iterum iterumque hoc dicunt, et hodie nemo iam negat factas esse illas disceptationes Constantinopolitanas. De chartâ illâ 17 paginarum iam rettulerunt ephemerides, q.s. *‘Wallstreet Journal’* et *‘Welt’*. Equidem de eâdem iam rettuleram aestate anni 2023, sed *‘Welt’* Aprili demum mense huius anni rettulit. Illi diurnarii paulo diutius exspectaverunt, dum hanc rem publicarent. Neque negatur post disceptationes nullam pacem factam esse. Neque negatur – sed ab Occidentalibus saepe silentio praetermittitur – d.30. m.Sept. *Selenskium* decreto subscripsisse, quo sub poenâ sanctum est, ne umquam disceptaretur cum Russiâ Putini. Russi numquam talia sanxerunt. Russi dicunt: Nos parati sumus disceptare in fundamento condicionum hodiernarum. Russia pro certo habet secundum condiciones hodiernas Ucrainam *de facto* bello devictam esse nonnullasque regiones Ucrainae Russiae attribuendas esse, quia ibi Russi habitent. De hac re disputare possumus. Sed Russi numquam dixerunt: Ucrainam esse delendam et Ucrainios omnes esse interficiendos. Qui numquam talia in animo habuerunt. Semper id volebant assequi, ut Ucraina fieret neutralis. Disceptationibus autem mense Martio abruptis Russia dixit: *‘Hoc est stultum, nam quo diutius bellum perduraverit, eo maius erit pretium.’* - Si denuo agetur de pace, eo pretium augebitur – de hac re Russia certê non iam disceptabit – quod Ucrainae abstinendum erit ab illis regionibus. Quae condicio licet cuivis displiceat. At quaero, num talis displicentia causa sit sufficiens, quâ vita absumatur etiam aliquot centum milium, immo etiam milionis militum aut num hoc causae est, cur in bellum mittantur milites *Francogalli*? Ut vitâ suâ decertent, utrum

Zaporizhzhia fiat ucrainia an russica? Equidem aliquatenus dubito, an militibus Francogallis haec quaestio videatur digna esse pretio vitae suae.

Cellarius: Modo lêgi in ephemeride occidentali ferê octogenas centesimas partes (80%) Russorum comprobare *operationem militarem*, quae fiat in Ucrainâ. Tu autem diu et accuratê *VLADIMIRI PUTINI* studuisti dictis factisque cognoscendis necnon libros de eodem scripsisti. Îdem Praeses Ruteniae iam per spatium temporis longissimum munere suo fungitur. Tu autem quanti aestimas eiusdem viri de patriâ suâ merita?

Praeco: *Pro certo habeo eundem ab historiographis olim praedicatum iri unum ex Ruteniae principibus de patriâ suâ meritissimis.* Annis nonagenariis Rutenia fuit – ut modo dixi – terra verê defecta. Anarchia, corruptio, *mafia* et similia in Russiâ illo tempore praevaluerunt. Licet Putinum parum diligas – tamen oportet ut concedas eum hanc terram perturbatam ad ordinem redegisse. Itaque hodie qualitas victûs Russorum similis est qualitati victûs incolarum Europae mediae. Scilicet minus bonam esse in ruralibus regionibus quam in urbanis. Sed in hac re semper mihi est explicandum id quod sequitur: In Russiâ *salaria* sunt multo minora quam in Germaniâ. Sed primo in Russiâ *vectigalia* sunt valdê parva. Si in Russiâ dicitur de salariis, sed afferuntur *salaria solida*, non *integra*. Itaque homines occidentales semper loquuntur de salariis *integrâ* – quae iisdem videntur esse maiora, ut falso credant *se esse divites*. - E contrario Russi semper loquuntur de salariis solidis. Multum autem valet scire Russos ferê omnes habere *possessiones*. Annis nonagenariis omnia habitacula possessiva, quae in Unione Sovieticâ exstiterant, factae sunt possessiones privatae. Omnis Russus habitaculum suum potuit emere pretio vilissimo, ut dicere posset: *‘Ego habito hîc, hoc est habitaculum meum’*. Omnis ferê familia habet aut unum aut plura habitacula possessiva ab aviâ et avo, a parentibus eqs heredio accepta. Si avia moritur, nepotes possunt sedem suam ibidem collocare. Itaque in Russiâ multo plures sunt possessiones. In Russiâ nullae sunt societates habitacula aedificandi, quae nunc aedificant habitacula, quae locantur. Si in Russia habitacula aedificantur, habitacula possessiva emuntur ab hominibus privatis, i.e. in Russiâ nulla exstant problemata habitacula inveniendi. Si Petropolin advenis, inspicias ephemeridem, aspectas habitaculum, necnon die tertio sedem tuam ibidem collocabis. In Russiâ *nulla est egestas habitaculorum*. Pretia habitaculorum sunt minora quam in Germaniâ. Ergo eo, quod Russi minora accipiunt *salaria* quam Germani, non consequitur eosdem pauciora emere posse. Nam pretia sunt minora. Hîc litra benzini constat 50 centiis. Tessera menstrua traminis subterranei, quod vehitur per totam urbem, constat 20 euronibus. Ergo pretia hîc multo minora sunt quam in Germaniâ. Homines non solvunt pecuniam pro habitatione. Id salarii quod Russis restat ad victum comparandum hîc in urbe *Petropoli*, non minus est quam in urbe *Hammaburgo*. Sumptibus fixis subtractis Russus solet habere circiter 500 euronibus ad victum sustentandum. Quibus Germanus etiam non habet plures.



Владімир Владімирович Пўтин (*1952)

DE VLADIMIRO PUTINO ALII ALITER SENTIUNT:

Cum *Iosephulus Somniculosus* Praeses Civitatum Unitarum in eundem virum Ruteniae potentissimum increpiterit conviciis contumeliosissimis, qualia sunt *'lanius'* et *'praedo'* et *'dictator'* et *'saevus tyrannus'* et *'furcifer'* et *'excetrae spurius mente captus'*²⁸, *Thomae Praeconii* Germano Petropolitensi persuasum est *Vladimirum Putinum* esse verum *Patrem Patriae* et olim ab historiographis praedicatum iri *unum ex principibus de Ruteniâ meritissimis*. Docebit nos **HISTORIA** magistra maxima, uter horum virorum rectê iudicaverit.

28 <https://www.pravda.com.ua/eng/news/2024/05/26/7457731/>: Sunday, 26 May 2024, 15:59: „US President Joe Biden referred to Vladimir Putin, the head of the Kremlin, as a *"brutal tyrant"* while discussing Russia's assault against Ukraine. ...In February, US President Joe Biden called his Russian counterpart Vladimir Putin a „*crazy son of a bitch*“ during a fundraising event in San Francisco. The Kremlin has labelled these words a *"disgrace"*. In March, Biden called Putin a *thug*.“ - cfr <https://edition.cnn.com/2022/03/26/politics/joe-biden-vladimir-putin-butcher/index.html>: „Biden calls Putin *'a butcher'* after meeting with refugees in Poland“ - <https://www.agenzianova.com/en/news/Biden-goes-back-to-insulting-Putin-and-a-butcher/>: „Biden returns to insult Putin: *"He's a butcher"*. The US president has insulted the Russian president in the past, calling him *"a bandit"* and *"a dictator"* for example. Washington, March 27 2024.

Ne obliviscamur in Russiâ illo tempore, quo Putinus munus praesidis susceperit gerendum, salarium centum dolariorum fuisse salarium excellens. Putinus reverâ hanc terram perturbatam ad ordinem redegit, et hoc laude dignum est.

Nemo numquam errat, scilicet etiam Putinum interdum erravisse. At in summâ Russiam perturbatam ad ordinem redegit. Plerique Russi sentiunt Putinum olim ab historiographis praedicatum iri unum ex magnis Russiae principibus. *Centrum demoscopicum*, quod appellatur *Levada*²⁹, non a gubernatione Russiae dependet, sed fontibus occidentalibus sustentatur.



Georgius Alexandrides Lewada
Юрий Александрович Левада
(1930-2006)



Tamen sunt etiam isti *Tirunculi Nawalnyani*³⁰ – quales vocamus – scilicet tales quoque esse. At Occidentales pro suâ Russiae ignorantia peccaverunt. Bello Ucrainiensi cum d.22./24. m.Febr. a.2024 incohatum esset, Occidentales coeperunt Russiae sanctiones imponere. Tum Russi animadverterunt – babae! - Putinum rectê

29 <https://de.wikipedia.org/wiki/Lewada-Zentrum>: „Das **Lewada-Zentrum** (auch: *Analytisches Center Levada* oder *Levada-Center*, russisch Левада-Центр, *Lewada-Zentr*) ist ein Meinungsforschungsinstitut in Russland. Das Zentrum wurde nach seinem Gründer benannt, dem ersten sowjetischen Professor der Soziologie, Juri Lewada. Die Ursprünge hatte das Lewada-Zentrum 1987 mit der Gründung von WZIOM unter der Leitung des Akademiemitgliedes Tatjana Saslawskaja. Es ist das einzige vom russischen Staat bzw. russischen staatlichen Investitionen unabhängige Meinungsforschungsunternehmen. 2016 wurde das Lewada-Zentrum in Russland als „ausländischer Agent“ eingestuft.

30 **Tirunculī Nawalnyānī** orig. „*Nawalny-Hüpfen*“. **tirunculus**, -ī m. cfr Forcellini s.v.: <http://lexica.linguax.com/forc2.php?searchedLG=tirunculus>: „**TĪRUNCŪLUS**, i, m. 2. **deminut. a tiro**, juvenculus rudis in militia. Cum substantivis aut absolute adhibetur. ¶ 1. Stricto sensu seu proprie. *Sueton. Ner. 21. in fin.* Tirunculus miles. Cf. *Hieronym. Vit. Hilarion. n. 5.* Tirunculus Christi. ¶ 2. **Latiore sensu seu translate**, est **rudis in alia re quapiam**. *Seneca Ep. 108. a med.* Ut probarem tibi, quam vehementes haberent tirunculi impetus primos ad optima quaeque. ...“

iudicavisse. *'Istae sanctiones non fiunt contra Putinum, istae fiunt contra nos omnes.'* *'Charta mea creditoria non iam operatur, si in Turciâ dego vacationem meam'*. Russi cognoverunt istis sanctionibus puniri omnem Russum ipsum. Sanctiones non esse directas in ipsam gubernationem, non contra *oligarchontas* quales appellantur, sed iisdem affligi omnem Russum. Sed Russi se praeparaverant, quia ex a.2014 sciverant talia sibi imminere, hoc aliquando ante comprehenderant. Itaque Russi nunc habent *proprium systema pecuniae solvendae*, i.e. omnes habent chartas creditorias, quae in Russiâ circumcurrunt, sunt ad systema Russicum adaptatae, ut saltem in Russiâ operentur mirabiliter, sed non iam in terris peregrinis.

Sed sanctionibus efficientibus Russi animadverterunt se non iam posse in Europam iter facere; se, quando peregrê essent abituri, debere secum auferre pecuniam praesentem. Iidem intellexerunt sanctiones nocere sibi ipsis. Tum autem rapidê exauctus est numerus Russorum Putino faventium. Equidem multos nôvi, qui prius per vias ambulaverint toechocollemata manibus tenentes *Nawalnyum* praedicantes idque praesertim Petropoli – quae est urbs perquam liberalis. At hoc nunc vix quisquam facit. Qui omnes cogitaverunt: *'Malum! Iste furcifer rectê iudicaverat! Qui mihi etiam nunc parum placet, sed rectê iudicavit!'* -

Cellarius: Modo sermoni tuo verba interposuisti, quae sunt: *'Scilicet etiam eum erravisse'*. Putinus quatenus erravit? Quid putas eum munus suum gerentem potius peccavisse?

Praeco: Mihi quidem non multa in mentem incidunt eius peccata. At tu ipse ito in Russiam, loquere cum Russis. Qui lamentabuntur de similibus rebus ac alii cives aliarum civitatum. Si cum Russis colloqueris, invenies etiam, quibus totum systema educationis videatur esse spurcatissimum, tibi affirmant scholas russicas esse stultas et opinentur omnia quae infantes Russiae discant, esse ineptissima. Nec desunt Russi, qui putent systema Russiae valetudinis esse defectum – quamvis continuo melius fiat. Invenies etiam Russos, qui dicant reditûs esse nimis egenos. Fortasse incidet etiam in aliquem, qui queratur vias stratas esse miserrimê detritas et salebrosas. - Vides ergo a civibus Russiae vituperari difficultates et detrimenta et egestates consuetas atque vulgares, quales hîc illîc plus minusve habeat omnis civitas. Itaque equidem non multum delector rationibus rerum *internarum* politicis. *Politica interna* est quadamtenus distributio placentae praesentis: Decernendum est, quantum accipiant hi, quantum illi, quot accepturi sint quantos reditûs seniles? Deinde litigatur de pecuniâ distribuendâ. Numquam satis multum adest. Semper est aliquid, de quo aliquis lamentetur. De magnitudine placentae distribuendae non decernitur ratione politicae internae. Sed semper est causa rixandi. Sunt etiam nonnulli, qui per totum ferê diem morosi blaterent Putinus quantas stultitias fecerit. Tales sunt nonnulli. Quod attinet ad res externas, mihi non multa in mentem incidunt, quae Putinus putem peccasse. Qui a multis vituperatur, quod *non prius* copias in Ucrainam miserit, eundem eo peccasse, quod nimis diu exspectaret. Nam Americani per octo annos praeparaverint exercitum Ucrainianum. In hac re Putinum peccasse. Periculum in

morâ fuisse. De hac re ego aliter iudico. Equidem credo Russiam tanto spatio temporis eguisse. Eandem annis 2014/15 demum intellexisse occidentales petere istam confrontationem et deinde incohasse istius magni belli sanctionum praeparationes. Credo Russiam antea non potuisse sanctiones tam efficaciter mitigare quam nunc. Haec terra nunc habet proprium systema pecuniam solvendi necnon propriam industriam pharmaceuticam (!) - nam nunc sanctiones sunt, quibus importatio medicamentorum in Russiam aut prohibeatur aut impediatur! Hoc nunc non flocci facit – nam Russia aedificavit propriam industriam pharmaceuticam. Etiam propriam agriculturam et exportat victualia propria. Prius fuit importationi occidentali obnoxia. Ita spatio octo ferê annorum factum est, ut Russi sanctiones occidentales sustinerent sine damno maiore, immo oeconomiam suam augerent. Homines, qui Putinum vituperant, quod non prius responderet provocationi Ucrainiensi, obliviscuntur Russiam illo tempore infirmiore fuisse, quam ut conflictui obstaret. Certê licet de multis rebus litigare. Equidem ipse non multa habeo Putiniana, quae vituperem. Sed tu quaeras ex ipsis Russis, quid sibi placeat displiceatve in terrâ suâ: Invenies Russos iisdem affici curis cottidianis quam alios homines aliis in terris degentes.

Cellarius: Si nunc ex occidentali politico aut diurnario quaesivero: *‘Quidnam tibi de hęc responso videtur?’*, ille mihi respondebit: *‘Dissentire? Disputare? Litigare? In Russiâ prorsus nihil est, de quo homines possint dissentire et disputare et litigare. Ibidem ne oppositio quidem politica est. Ista terra est mera dictatura’*. Quid tibi videtur de hac sententiâ? Estne Russia dictatura?

Praeco: En denuo istam insaniam et vesanitatem! Primo recordor tempus quod fuit ante istam dictorum factorumque exasperationem. Quae leguntur audiunturve in omnibus ferê occidentalibus actis diurnis: *‘In Russiâ valet censura, ibi oppositio est prohibita, vah!’* At si quod scandalon patefit, subito legitur: *‘Acta diurna oppositionalis ‘Nowaja Gazeta’ refert’*. Excusa, paulisper! Habentne Russi acta diurna oppositionalia an non habent? Cur isti diurnarii occidentales uno die scribunt in Russiâ valere censuram nullamque esse oppositionem, et postridie scribunt: *‘Acta diurna oppositionalia, c.t. ‘Nowaja Gazeta’, patefecit...’*³¹. Utra sententia est vera, utra falsa? Ergo talia dicta occidentalia nihil sunt nisi vana et inania. Est in Russiâ oppositio. Id quod in Russiâ a gubernatione impugnatur, est oppositio, quae

31 Hęc loco Praeco videtur errare: Nam haec ephemeris oppositionalis eidem exemplo esse non potest, quia ex d.5. m.Sept. a.2022 in Russiâ est prohibita – si quidem Wikipedia rectê refert: Cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Nowaja_gazeta: „**Nowaja gazeta** (russisch Новая газета ‚Neue Zeitung‘) ist eine russische, dreimal wöchentlich erscheinende Zeitung, die seit 1993 in Moskau verlegt wird. Sie galt als eines der wenigen verbliebenen unabhängigen Medien in Russland. **Am 28. März 2022 stellte die Zeitung** im Zusammenhang mit dem russischen Überfall auf die Ukraine 2022 **vorläufig ihr Erscheinen ein**, um einem drohenden Publikationsverbot zuvorzukommen. Am 6. Mai erschien in Zusammenarbeit mit einem lettischen Verlag erstmals eine gedruckte Ausgabe der Nowaja Gaseta. Europa, die von inzwischen ins Ausland geflohenen Redakteuren von Riga aus betrieben wird. **Fünf Journalisten der Nowaja gaseta wurden seit ihrem Bestehen bis 2021 ermordet, andere aufgrund ihrer Arbeit verletzt**. Der Gründer der Zeitung Dmitri Muratow erhielt für seine unabhängige Berichterstattung den Friedensnobelpreis 2021. **Am 5. September 2022 wurde der Nowaja gaseta die Drucklizenz und am 15. September 2022 die Webseitenlizenz von einem Moskauer Gericht entzogen. ...“**

constitutioni Russiae est adversa. Sed hoc fit in omni re publicâ. Si quis dicit: *‘Nos volumus constitutionem rei publicae mutare. Nos volumus in Russiâ conflare praxicopema’*, îdem a gubernatione refrenabitur. At talia etiam in Germaniâ non licent. Num potest in Germaniâ aliquis per decennium ambulare palam annuntians se sublaturum esse gubernationem praxicopemate conflando? Verisimile est hoc in Germaniâ non fieri posse. - At in Russiâ *Nawalnyus* per decem annos ambulans potuit narrare stultitias suas. Ergo ista nihil sunt nisi fabellae praeconationis propagandae, quas mente finxerunt homines, qui numquam fuerunt in Russiâ. Ego iisdem nihil dico nisi: *‘Veni huc, monstra mihi talia!’*. -

Cellarius: Hoc est tractatu dignum: Modo commemorasti vituperatorem Putini acerrimum, *Nawalnyum*³²: Quid scis de eo viro? Qui est mortuus, qui est interfectus. Equidem lêgi in actis diurnis occidentalibus: ingentem multitudinem hominum confluisse ad eius funus exsequendum. Quonam modo tu hoc expertus es?

Praeco: Quid ego sciam de isto viro? *De mortuis nil nisi bene*. Itaque mala omitto. Omnia, quae is vir egit, ex urbe *Londinio* directa erant. Eius mandatores praecipui fuerunt Londinii in urbe – hoc non est secretum. Haec sedes mandatorum *Nawalnyi* optimê coniuncta erat cum *MI-6*, i.e. cum *Officio Britanniae Secreto*³³. Omnia quae *Nawalnyus* contendit se disquirendo invenisse ad corruptionem Russiensem spectantia, acceperat ex illo fonte. Quod patefactum est e.g. inter confectionem *cinematis Palatii Putiniani putativi*³⁴. Etiam ratio nummaria officinae cinematographicae in Silvâ Nigrâ sitae ex illâ sede soluta est. Sat stupendum erat, quod cum ipse possessor huius officinae postea hoc narraret diurnariis, de hac re scriptum est in mediis localibus³⁵. - Quid tu diceres de homine aliquo oppositionis

32 https://de.wikipedia.org/wiki/Alexei_Anatoljewitsch_Nawalny, **Alexei Anatoljewitsch Nawalny** (russisch Алексей Анатольевич Навальный, wissenschaftliche Transliteration *Aleksej Anatol'evič Naval'nyj*; * 4. Juni 1976 in Butyn, Oblast Moskau, Russische SFSR, Sowjetunion; † 15. oder 16. Februar 2024 im Strafgefängnislager in Charp, Autonomer Kreis der Jamal-Nenzen, Russland) war ein russischer Jurist, Dokumentarfilmer, Antikorruptions-Aktivist, Blogger und in seinen letzten Lebensjahren der führende Oppositionspolitiker gegen die Diktatur Wladimir Putins.

33 https://de.wikipedia.org/wiki/Secret_Intelligence_Service: „Der **Secret Intelligence Service (SIS)**; deutsch *Geheimer Nachrichtendienst*“) ist der britische Auslandsgeheimdienst. Er ist besser bekannt unter dem Namen **MI6**, der für „**Military Intelligence Section 6**“ steht. Direktor des MI6 ist seit Oktober 2020 Richard Moore als Nachfolger von Alex Younger.“

34 <https://www.youtube.com/watch?v=U3YUBfL85M0> Ein Schloss für Putin - Eine Recherche des Fonds zum Kampf gegen Korruption (Übersetzung CORRECTIV). - cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Ein_Palast_f%C3%BCr_Putin: „**Ein Palast für Putin** (russisch Дворец для Путина. История самой большой взятки *Dworez dlja Putina. Istorija samoi bolschoi wsjatki*, deutsch „Ein Palast für Putin. Die Geschichte der größten Bestechung“) ist ein investigativer Dokumentarfilm von Alexei Nawalny über den russischen Präsidenten Wladimir Putin und dessen angebliche Besitztümer am Schwarzen Meer; darunter die Residenz am Kap Idokopas („die teuerste Residenz der Welt“), deren Grundstück etwa 39-mal so groß ist wie das Fürstentum Monaco und einem Staat im Staate ähnele. Mit einem Gesamtinvestitionsvolumen in Höhe von 100 Milliarden Rubel, etwa 1,1 Milliarden Euro, bezahlt aus der Staatskasse, soll es „der größte Raub in der Geschichte Russlands“ sein. Der Film wurde am 19. Januar 2021– einen Tag nach der Verhaftung Nawalyns nach seiner Rückkehr nach Russland (siehe: Giftanschlag auf Alexej Nawalny)– auf YouTube veröffentlicht und bereits nach einer halben Stunde eine halbe Million Mal aufgerufen, zwei Tage später über 20 Millionen Mal und mit Stand Februar 2024 knapp 130 Millionen Mal. Der Film wurde international medial rezipiert und gilt als einer der Auslöser für die Proteste in Russland 2021. Putin dementierte, die Residenz zu besitzen.“

35 <https://www.nachdenkenseiten.de/?p=69226>: „Nawalny Film im Schwarzwald produziert. Im Auftrag einer US-Produktionsgesellschaft. Dazu ein interessanter Mailwechsel!“

politicae in Germaniâ versante, qui in ipsâ patriâ suâ non adiuuaretur a pluribus conterraneis nisi a quinibus centesimis (5%) totius populi, sed pecuniam acciperet a Chinâ. - Num talis vir oppositionalis gubernationi magno esset periculo? Vix credibile est futurum fuisse, ut talis vir esset periculosus. Talis vir fuit *Nawalnyus*.



Алексей Анатольевич Навальный
(1976-2024)

Qui adiuuabatur a quinibus, si maximê, septenis centesimis (5-7%) populi, praesertim in magnis urbibus, quales sunt *Petropolis* et *Moscu*a, quae sunt valde liberales. *Ruri* iste non habuit adiutores. *Nawalnyus* qualis depingebatur criticus gubernationis russicae, aliquatenus fuit fictio sive creatura ab *Occidentalibus* conficta, quae ideo ad libitum istorum alebatur et dirigebatur et adhibebatur necnon adhuc adhibetur. Reverâ in Russiâ non exstat oppositio Occidentalibus addicta. In Russiâ, etiam inter *Dumae* parlamenti factiones, fiunt disputationes et discussiones de multis rebus variis ad Russiam spectantibus. At in Russiâ absolutê non disputatur nullaque est dissensio de quaestione: '*Num Occidentalibus nosmet ipsos subordinemus?*' - Russia dicit: '*Nos sumus terra superana, i.e. iuris nostri proprii, nos petimus commoda nostra et sumus parati vobiscum disputare pares cum paribus et problematum invenire solutiones; at nos ipsos non subordinamus Occidentalibus*'. De hac re interim omnes Russi inter se consentiunt. Secundum *Centrum Demoscopicum Levadianum*, octogena, si maximê, nonagena centesima (80-90%) Russorum hanc rationem comprobant. Ceterum accipias rem scitu dignam: Inspice demoscopias *Helvetienses* vel *Germanienses*: Quot homines in *Helvetiâ* nunc dicunt se rebus futuris confidere, i.e. se esse *optimismo* affectos? Novistine numerum partium centesimarum?

Cellarius: Verisimile est non ita multos rebus futuris confidere.

Praeco: At in Russiâ 75% (septuagena quina centesima) incolarum sunt *optimistae*, i.e. rebus futuris confidunt. Hoc declarat *Centrum Levadianum*, quod alitur ab Occidentalibus – ideoque non efficit praeconationem gubernationis russicae propagandam. Ergo ea quae in occidente de Russis narrantur, sunt *deliramenta*

stupidissima. De multis licet rixari et dissentire; sed ea quae in occidente narrantur de Russiâ nihil sunt nisi *gerrae*³⁶.

Cellarius: Quid tibi ante 15 annos in Russiam venienti —

Praeco: Ante 25 ferê annos ---

Cellarius: ante 25 annos – Quid ibi statim animadvertisti insolitum, quânam re vita in Russorum tibi visa est maximê differre a vitâ Germaniensi et generaliter a vitâ occidentali?

Praeco: Russia illius temporis vix potest comparari cum hodiernâ. Cum Russiam advenirem, a.1991, *Unio Sovietica*, cuius pars praecipua erat, dissoluta est. Tum vidi magnam paupertatem, êdebantur chartae victualium – ille status terrae cum hodierno vix potest comparari; qui erat prorsus alius. At id quod mihi statim placuit, fuerunt homines huius terrae. Quorum indoles et mores mihi semper placebant. Russi enim multo apertiores atque sinceriores sunt quam Germani. Si cui Russo displices, îdem non studet per insidias famam tuam obscurare, sed directê tibi dicit: *Tu es vappa!*³⁷ et hîc modo rem declaravit. Qui non insidiosê sensum suum dissimulans tibi adulatur et postea ibit ad alterum eidem insurraturus se certo scire te esse *vappam*. Russi loquuntur apertê atque sincerê, ut statim scias, quid de te sentiant. Quibus hominibus solebam affici suavissimê. Sed illam Russiam, quam primam vidi illo tempore ante 25 ferê annos, cum advenirem aetate sovieticâ exeunte, et cum in Russiam tandem transmigrarem a.1998, fuit terra pauperrima, quae cum hodiernâ non potest comparari.

Cellarius: Quomodo Russia mutata est his 25 annis labentibus? Quomodo convictus hominum est mutatus?

Praeco: Ira hominum evanuit. Annis nonagenariis in Russiâ multum fuit *criminalitatis*, necnon *phyletismi*. Ista vitia interim opulentiâ annis bimilleniis,

36 **gerrae**, ârum f.pl. orig. *Quatsch*. cfr ThLL 6 (g-gytus), s.v. *gerrae* 1951, 16-19: **gerrae**, -ârum f. [*e Siculorum vocabulo γέππα 'αἰδοῖα' mutuatum, quod ipsum originis semiticae est, v. Sonny, Archiv 10 (1898) 377 sqq.W.*] NON.118 **gerrae**: nugae ineptiae. et sunt -ae fascini, qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellantur ... *i.q. nugae, ineptiae*: PLAVT.Asin. 600 audin hunc opera ut largus est nocturna? nunc enim esse negotiosum (est negotiosus *codd.*) interdus videlicet Solonem, leges ut conscribat, quibus se populus teneat. **Gerrae!** Epid. 233 (cum verborum lusu) eumatile aut plurnatile, garinum aut gerinum (v. infra l. 67) — **Gerrae maxumae!** ...

37 **Tū es vappa!** orig. *Du bist'n Arsch!* - **vappa**, -ae f. cfr Forcellini: <http://lexica.linguax.com/forc2.php?searchedLG=vappa>: „**VAPPA**, ae, f. 1. proprie est adiectivum, cuius etymon videre est in **VAPIDUS**; sed fere absolute usurpatur et est vinum insipidum et nullius virtutis, postquam omnis odor saporque optimus evaporavit, ὀξίνης, ἐκτροπίας, ἐξεστηκώς οἶνος (It. *vino svanito*; Fr. *vin éventé*; Hisp. *vino evaporado*; Germ. *umgeschlagener od. kahziger Wein*; Angl. *palled or insipid wine*). **I.**) Proprie. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 144. Qui Vejentanum festis potare diebus Campana solitus trulla vappumque profestis. ... **II.) Metaphorice vappae Latini vocantur ἄχρηστοι, idest inutiles ac nihili homines, ignavi, viles, nugatores, in quibus nihil est solertiae, nihil prudentiae, ut jam ex loco Plinii supra adl. patet: cui homo frugi opponitur. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 103. Non ego avarum Quum veto te fieri, vappam jubeo aut nebulonem. *Catull.* 28. 4. satisne cum isto Vappa frigoraque et famem tulistis? *Auct. Priap.* 14. Nos vappae sumus et pusilla culti Ruris numina. *Adde Pers.* 5. 76. supra *adl.*, si lectio altera probetur.**

praesertim zeroticis exauctâ valdê deminuta sunt aut prorsus evanuerunt. At in hac re apparet, quantum valeat *praeconatio Occidentalium propaganda*. Nos enim usque nunc discimus Russiam esse terram pauperem. Equidem iam annis 2008/09 Germanis hoc explicavi, cum iidem inciperent lamentari de superabundantiâ Russorum in litoribus Aegypti, Graeciae, Turciae versantium. Tum Germanis dixi: *‘Dicite mihi, utra sententia sit falsa: Suntne Russi pauperiores, quam ut satis multum devorare possint, an tam divites sunt, ut inter ferias volare possint in terras peregrinas? Utra harum sententiarum est recta?’* - Novâ stabilitate rei publicae et opulentiâ ope Putini exortis animi hominum sunt relaxati.

Ceterum collega quidam mei in Helvetiâ vivens, ubi per aliquot annos ipse operatus sum, aestate transactâ me hîc visitavit. Inter nos convênimus Moscuae. Iam post salutationem mihi affirmavit: *‘Heus Thoma, vix credibilia sunt quae hîc video: Urbes in Russiâ sunt puriores quam in Helvetiâ. Necnon possum ambulare per omnes vias et viridaria sine timore’*. Talis est Russia hodierna. Annis nonagenariis tales ambulationes fuerunt periculosae. Hodie potes nocte circumvagari, nihil tibi accidit, licet ambules per viridaria obscura incuriosus. Aliquando comparans rationes statisticas criminalitatis Russiae cum rationibus Germaniae invêni criminalitatem russiensem non esse maiorem quam tertiam partem criminalitatis Germaniensis. Ergo Russia est terra incredibiliter segura, homines sunt hospitales, et hîc exstat id quod in Germaniâ ultimo expertus eram annis octogenariis: hîc valet adhuc *solidaritas* sive *sensus communitatis*. Putinus autem multum contribuit ad hunc sensum firmandum atque augendum eo, quod fovit rationes scholarum educatorias, quae spectant ad virtutes communitatis socialis. - Profecto urbes Russiae hodiernae sunt purae, partim moderniores quam urbes occidentales. E.g. *ministrationses mandandi*. Equidem non iam emere soleo in tabernis. Omnia mihi mando per interrete et pro certo habeo eadem mihi allatum iri quam citissimê.

Cellarius: His duobus annis quomodo vita Russorum mutata est propter regimen sanctionum? Sanctiones quae effecerunt meliora, quae peiora?

Praeco: De vitâ Russorum sanctionibus mutatâ – de hac re nuper relatum est ipso *Speculo Hammaburgensi*. De hac relatione obstupefactus sum. Salaria russica inflatione monetali plus octonis centesimis (8%) exaucta sunt, cauponae novae aperiuntur sine fine, Russi plus pecuniae habent in sacculis suis. Est iisdem *occupatio plena* et *inopia operariorum*. Qui novas fabricas aedificant, ne sint obnoxii sanctionibus. Inopiâ operariorum salaria augentur. Concertatur de bonis operariis. Habent sat multum pecuniae, *mercatus immobilium* est prosperrimus. Homines emunt immobilia, frequentant cauponas – iterum iterumque conduntur novae cauponae. Affirmo ea quae de hac re scriptum est in *Speculo Hammaburgensi*. Cum sanctiones inciperent imponi, multi aufugerunt et in magnis *centris emptoriis* primo exorta est tristis quaedam egestas eo, quod *tabulata textilium* stabant vacuefacta. At interim ea omnia denuo completa sunt: vestimentis novis generis *russici*! Nam Russi habent *designatores* valde creativos, qui excogitaverunt vestimenta bellissima. Tristis enim

egestas initialis evasit in *abundantiam felicissimam*. Tandem evanuerant competitores occidentales praevalentes: *LGM* et *SARA* et cetera et cetera. Nunc in magnis centris emporiis praevalent textilia verè *russica*.

VESTIMENTA RUSSIAE MORE TRADITA



MODERNA VESTIMENTA MULIERUM RUSSICARUM



MODERNA VESTIMENTA VIRO RUM RUSSICORUM



Cellarius: Licetne dicere te nunc vivere in Russiâ omnium aetatum optimâ?

Praeco: Hoc est ineptê dictum. Vivo in Russiâ, quae crescat in directionem rectam.

Cellarius: At quae *impedimenta censoria* – qualia in Russiâ semper imminere nobis inculcare solent diurnarii occidentales - tibi, qui sis diurnarius Russiensis, cottidie afferuntur et quomodo eadem superare potes?



Praeco: (*ridet*) Etiam in Russiâ sunt lêges, quibus libertas diurnariorum limitetur. E.g. est lex *quaedam* (quae condita est contra quosdam praeconatores politicos), quâ sanctum est, ne diurnarius quid publicet, quo fama exercitûs russici obscuretur – dum sciat nuntium mente fictum esse. Ergo licet aliquid mali de exercitu russo publicare, si quidem demonstrare sciat, eundem nuntium esse verum. Semper enim prohibitum est, ne quid falsi publice conscius. Hoc quidem in scriptis alicuius diurnarii facile est inventu. Si îdem heri unum scripsit, et hodie scribit contrarium, eidem dicitur: ‘Attende, puer, hîc loco nos deruncinasti.’ Haec est praescriptio, quâ libertas diurnarii definiatur, et si haec accuratê observanda est, nihil diurnario est impedimento.

Exemplum tibi narrabo: Interim mihi contigit, ut etiam particeps sim emissionum *televisionis* russicae. Quaeras ex collegâ Helvetio – fortasse ipse hoc iam novisti – quânam ratione technicâ *politicum spectaculum collocutorium* televisionis Helveticae emittatur – directê (“live”), i.e. simulatque fit - an postquam receptum est?

Cellarius: Hoc non semper fit eâdem ratione: modo sic, modo aliter.

Praeco: Quaeras hoc ex aliquo rei perito. Quantum ego scio, in *Germanicâ* televisione *nulla* politica *spectacula collocutoria*, e.g. illud *Annae Will* et similia, emittuntur *nisi ante recepta*. E contrario in televisione Russicâ nonagenae centesimae (90%) talium *spectaculorum* emittuntur *directê*, i.e. simulatque fiunt. Cum primo invitarer ad *spectaculum collocutorium* participandum, m.Mart./Apr. a.2021, fui in *Donbassio*, inter iter diurnariorum. Constitimus in oppido bombis deiectis afflicto, necnon adfuerunt nonnulli greges russicae televisionis, qui diurnariis extraneis conspectis curiosi nos accesserunt. Quia ego unicus fui linguae russicae peritus, *telecamerarii* me sequentes dixerunt: ‘Dicas nobis aliquid de te deque incepto tuo’. Cum ea quae dixi postridie in nuntiis *televisionariis* emitterentur, *televisionarii*



cupiverunt plura de me accipere. Qui mihi redeunti dixerunt: *‘Moscuæ si versaberis, statim veni in officinam nostram.’*

Hoc mihi valdê placuit. Tum particeps factus sum *spectaculi collocatorii*, quod primum mihi accidit in vitâ meâ. Vêni in conclave fucandi, aliquantulo fucatus sum. Deinde mihi dictum est: *‘Hîc est microphonum’* et deinde descendimus ad officinam. Talia spectacula solent participari ab 8-10 specialistis et 2 moderatoribus. Fiunt autem per tres horas, quibus agitur de multis thematibus. *‘Hîc est sedes tua. Ceterum licet tibi cafeam afferre, quandocumque volueris, etiam inter emissionem.’* - Inter hanc cafeae allationem affectus animorum est hilaris et relaxatus. Nullo modo mihi praescriptum est, quid mihi liceret dicere et quid non. Tales instructiones omnino non factae sunt. - Illi dixerunt: *‘Hîc est microphonum, ibi est sedes tua. Si cafeam vis, ea posita est illo loco.’* - Profecto in illâ officinâ televisificâ est angulus cafearius, et necnon telecamerâ operante semper licet cafeam afferre, quod est delectabile. Itaque ibi est affectus animorum talis, qualis esse solet in mediano horis subsicivis. Et simili modo omnia spectacula collocatoria facta sunt, quorum interim particeps fui. Russi televisionarii mihi numquam dixerunt: *‘En accipe indicem verborum, quae tibi licet dicere et quae non.’*

Cellarius: Quonam modo generaliter iudicas de *publicaminibus* sive *mediis* Russiae *diurnariis*. Quae in occidente *unâ voce* condemnantur, quasi sint omnia *disinformativa* et *ultra-propagandistica*. Quid tibi videtur de *mediis russicis*? Num eadem reverâ sunt tam simplicis stupidaeque *monotoniae* et *unilateralitatis*? An sunt multipliciora quam nobis occidentalibus narratur?

Praeco: *E contrario spatium rerum opinionumque, de quibus licet disputare, in Russiâ est latius quam in occidente!* Ceterum tibi commendo, ut inspicias paginam meam domesticam: Ibi permultos nuntios commentariosque mediorum russicorum in theodiscum converti: nuntios Televisionis Russicae, TASS³⁸, aliorum publicaminum³⁹ – lege quidcumque vis. Ipse hôs textûs ad obrussam exige, num sint *praeconationes propagandae*⁴⁰. Mihi quidem tales non videntur. Meâ quidem sententiâ praeconatio propaganda potius fit in publicaminibus occidentalibus. Tali praeconatione efficiuntur *commotiones animi*: quam paucissimae informationes dantur, sed adhibentur quam plurimae *notiones patheticae*, e.g. *regimen, dictator, suppressio, falsatio suffragiorum*, i.e. notiones, quibus lectori vel auditori inculcantur *morales opiniones praeiudicatae*. Itaque lege versiones meas textuum ex TASS excerptorum. Imprimas in paginâ meâ domesticâ rubricam, c.t. ‘News’. Deinde quaeras talia verba *suggestiva* atque *manipulativa*. Nullum invenies uno excepto: TASS gubernationem Ucrainae appellat *Regimen Chioviense*. Ceterae notiones TASSianae omnes sunt neutrales. Hac re publicamina russica funditus discrepant ab occidentalibus. Omnis lector in meâ paginâ interretiali potest nuntios russicos theodiscê redditos perlegere et diiudicare, quid in iisdem sit praeconatio propaganda et quid non. Ubi in his nuntiis et commentariis Russi sunt mentiti, ubi non? Lector iudicet ipse! Meâ quidem sententiâ *praeconatio propaganda* ibi fit, ubi quam minimê fiant informationes, quam maximê commotiones animi.

Cellarius: Optimum exemplum *russicae* praeconationis propagandae certê est illa ‘*Militaris Operatio Specialis*’⁴¹, qui est *euphemismus*, quo fucatur notio *belli gerendi*.

Praeco: Ineptia! Mera insania! Sequamur historiam huius notionis adhibendae! Ineamus archiva publicaminum. Quidnam nomen impositum est *Bello Iraciano*? Quod appellabatur *operatio militaris*. Quod minimê appellatum est bellum Americanorum – nequaquam! Eas in *Afghanistaniam*! Estne ibi bellum factum? Nequaquam! Hoc fuit *adhibitio Militiae Foederalis extranea*! Russi talem usum nominum didicerunt ab occidente. Ceterum ineptê contenditur in Russiâ prohibitum esse, ne *bellum* dicatur pro *militari operatione speciali Ucrainiensi*. Licet nomen belli

38 <https://en.wikipedia.org/wiki/TASS>: „The **Russian News Agency TASS** (Russian: **Информационное агентство России TACC**, romanized: *Informatsionnoye agentstvo Rossii*, or Information agency of Russia), abbreviated TASS (TACC), is a Russian state-owned news agency founded in 1904. It is the largest Russian news agency and one of the largest news agencies worldwide. ... In July 1925 the *Telegraph Agency of the Soviet Union* (**Телеграфное агентство Советского Союза**, *Telegrafnoye agentstvo Sovetskogo Soyuza*, **TASS**) was established by a decree of the Presidium of the Supreme Soviet, and took over the duties of the ROSTA as the country's central information agency....“

39 **pūblicāmen*, -inis n. *Medium*.

40 *praecōnatiō (prōpaganda) Propaganda*.

41 https://de.wikipedia.org/wiki/Milit%C3%A4rische_Spezialoperation: „**Militärische Spezialoperation** bezeichnet: - eine zeitlich und umfangmäßig beschränkte Aktion durch eine ad hoc zusammengestellte militärische Formation, siehe [Kommando \(Militär\)](#) [#Kommandounternehmen](#); - den russischen Überfall auf die Ukraine 2022 als **Euphemismus** der russischen Regierung und ihrer Propaganda (russisch **специальная военная операция специальная wojennaja operazija**)

in hōc contextu adhibere. Ipse hōc nomine utor in *Televisione Russicā*. Equidem dico ‘*bellum*’, prorsus incuriosus. Propter usum huius verbi nondum a biocolytis comprehensus sum. Ceterum ne obliviscaris, quare Russi praeferant usum nominis *operationis specialis*. Russis Ucraini adhuc sunt gens fraterna. Permulti Russi habent cognatos Ucrainienses. Non libenter geris bellum contra fratrem. Accedit quod Putinus est iuris peritus. Quod multum valet. Russia quamquam cum Ucrainā pugnat, tamen nondum utitur iure bellico. Nam nondum est declaratum bellum. Neque *Regimen Chioviense* neque Gubernatio Russica bellum declaravit. Itaque non valet ius bellicum et in Ucrainā per definitionem *non* geritur *bellum*, sed fit *militaris operatio specialis*. Si fieret bellum, condicio valeret prorsus alia. Sub iure bellico posset impediri libertas publicaminum necnon fieri posset *mobilisatio*⁴² *universa*. Quae non fiunt. Russia non declaravit ius bellicum. Exceptae sunt regiones limitanae, ubi fit iaculatio telorum. Itaque Russi rei prorsus conscii nomen adhibent *operationis militaris*, quia eadem *sensu iuridico* non est bellum. Sed in televisione omnes utuntur nomine belli. Ibi fiunt sclopetationes atque iaculationes telorum, ibi est frons militaris. In *Donbassio* bellum fit ex a.2014. Equidem in televisione russicā eandem rem dico *bellum*, neque sum adhuc a biocolytis abductus.

Cellarius: Quam tu sentis esse causam *displicentiae atque diffidentiae penitus defixae et inveteratae*, quacum occidentales diurnarii et fortasse etiam politici solent considerare Russiam? Num valent adhuc *Bellum Mundanum Alterum* et *Bellum Frigidum*? Quare isti adhuc defixi sunt in hostili opinione praeiudicatâ? Unde eadem cogitatio exorta est?

Praeco: Certe unâ ex parte aliquatenus adhuc valet memoria simultatum priorum. Subest effectus *psychologiae massalis*. At ex parte alterâ ne umquam obliviscamur rationem *geopoliticam*. Ne obliviscamur omnia publicamina Germaniae aliquando condita esse permissionibus occupatorum Americanorum. Ne obliviscamur omnes redactores principales sedere in *phrontisteriis transatlanticis*⁴³. Legas librum *Udonis Ulfkotte*⁴⁴: Qui attulit 300 nomina diurnariorum Germaniae principalium, qui omnes tamquam *neurospasta*⁴⁵ pendent ex filis *Transatlanticorum*. Transatlantici autem sunt *Vassintonienses*. Ita est. Nunc dicat aliquis: ‘*Vah, tace, nihil affers nisi theoriam conspirativam!*’ At legas in biographiis, qualem cursum honorum fecerint isti

42 **mōbilitātiō*, -ōnis f. orig. *Mobilmachung, Mobilisierung*. cfr. debilitatio. cfr. ital. *mobilizzazione*.

43 **phrontistērīum*, -ī n. orig. *Thinktank*.

44 **Udo Ulfkotte** (1960-2017): *Gekaufte Journalisten. Wie Politiker, Geheimdienste und Hochfinanz Deutschlands Massenmedien lenken*. Kopp, Rottenburg 2014.

45 **neurospaston**, -ī n. νευρόσπαστον: cfr. Forcellini: <http://lexica.linguax.com/forc2.php?searchedLG=neurospaston>: „**NEUROSPASTON**, i, n. 2. νευρόσπαστον, imaguncula quaedam tali artificio intus compacta, ut si occultum nervum, seu fiduculam trahas, ad speciem hominis vivi movere membra et totum corpus videatur: quae ab Italis *bamboccio, burattino, fantoccio* dicitur: a νεῦρον *nervus* et σπάω *traho*. *Gell.* 14. 1. *a med.* Ut plane homines non, quod dicitur, λογικά ζῶα, sed ludicra et ridenda quaedam **neurospasta** esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitrato suo faciunt, sed ducentibus stellis et aurigantibus. *Apul. de Mundo*. Qui in ligneolis hominum figuris gestus movent, quando filum membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium praesto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere. *Petron. fragm. Tragur.* 34. *Burmman*. Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus vertebraeque laxatae in omnem partem verterentur. Hinc *Horat.* 2. *Sat.* 7. 82. Duceris, ut nervis alienis mobile lignum. *Apud Gell.* multi scribunt Graecis litteris.“

redactores principales, eorumque vicarii, isti politici factionum inveteratarum. Qui omnes obnoxii sunt *phrontisteriis transatlanticis*. Qui inde acceperunt stipendia, inde accipiunt pecuniam, si habent orationem. Qui sciunt, quid ibi debeant facere, et quid non. Nec ignoramus exempla diurnariorum sat multa, qui aliquando falso forulo reciproco attracto⁴⁶ operam suam perdiderunt. Tales homines certo sciunt, quid sibi sit agendum.



ECCE POLITICI ET DIURNARII NEUROSPASTA TRANSATLANTICORUM

Cellarius: Quonam modo Russi tecum agunt, quomodo se gerunt erga te? Habentne te Germanorum aut generaliter Occidentalium repraesentatorem? Russi quales se praestant erga te?

Praeco: Iucundissimos. In Russiâ enim non valet talis praeconatio propaganda, qualis valet in terris occidentalibus. Hoc iam animadvertes spectans vetusta illa spectacula nuntiorum bello mundano altero confecta. In iisdem numquam pro malis habebantur Germani omnes universi. Semper *mala* dicebatur Germania *Hitleriana*, i.e. Germania *nacistarum* sive *fascistarum*. Non accusabantur Germani omnes universi. Russia, etiam *Unio Sovietica*, semper distinguebat gubernationem a populo. Ergo id quod dicimus nos Occidentales de rebus politicis loquentes: ‘*isti Russi*’, ‘*isti Sinenses*’, non dicunt Russi. Legas relationes televisionis, quas semper divulgo die Lunae tempore matutino. Iisdem insunt nuntii. In quibus non invenies sententiolas quales sunt: ‘*Isti*

⁴⁶ **falso forulo reciproco attracto** (*sensu translato*) i.q. cum thema tractassent Transatlanticis ingratum aut thema tractassent ratione illis ingrâtâ. **forulus reciprocus** est receptaculum supra apertum, quod ex armario aut mensâ extrahitur, ut aperiatur et immovetur, ut claudatur; plerumque porro aut retro moveri potest regulis ferreis lateralibus impositum. angl. drawer; fr. tiroir; hisp. cajón, gaveta; ital. cassetto; neogr. суртáри; russ. выдвигной ящик, шуфлядка, шуфлядь, шуфляда, шухляда. шубладэ.

Germani sunt mali, sed invenies tales sententias: *‘Germani habent gubernationem, quae agit contra eorum commoda ideoque Germani mala patiuntur.’* - Itaque mihi Germano in Russiâ versanti nulla est difficultas. Russi omnes sunt cômnes et affabiles. Qui ex me quaerunt: *‘Tunc ex Germaniâ venisti? Narra, quaeso, nobis de illâ.’*

Cellarius: Quâ de causâ labores exanclas tuos, quâ re commovêris, ut facias opera tua?

Praeco: Aliquando fui negotiator, condicione fui lucrosâ, semper legebam *‘Speculum Horreum Nuntiorum Hammaburgense’* et credebam omnes istas gerras, quae eidem periodico inscripta sunt. Anno autem 2014, cum fierent *Reclamationes Maidanenses*, certo scivi, quae reverâ fierent in *Ucrainâ* et in *Donbassio* et cogitavi: *‘In hac re relationes inter se discrepant.’* Illo tempore cum per quoddam spatium temporis vacarem a laboribus professionis, coepi legere non solum *Speculum*, sed etiam relationes alias et ipsos fontes adire. Antea cogitaveram: *‘Cum legam SPECULUM, certior factus sum.’* At nunc, cum fontes exhaurirem originales, animadverti, quam negligenter atque unilateraliter diurnarii occidentales exhaurirent fontes suos. Tum multa mihi nova discenda erant et aliquando cogitavi: *‘Malum! Isti Specularii me per 40 annos emunxerunt⁴⁷ - nunc ego scribam Anti-Speculum!’* Equidem haec facio inductus *idealismo*. Si lucrum peterem, perrexissem negotia facere. Diurnarius sum inductus *idealismo*, quia pessima mihi videtur ratio referendi diurnariorum occidentalium. Licet tibi sentire quidquid tibi in buccam venit, sed si debes mentiri, ut sententiam tuam divulges, aliquid falsi inest sententiae tuae.

Cellarius: Quid nobis suadere scis, ut Orientales et Occidentales alii aliis appropinquent ad pacem continuam faciendam? Quonam modo putas hoc problema solvi posse?


Praeco: Fortasse id quod nunc proponam sonat *radicaliter: **Suadeo vobis, ut eiciatis ex Europâ Americanos!*** Problema enim est hoc, quod a.2001 Putinus dixit in oratione suâ in *Conventu Foederali* habitâ: *‘Constituamus commune spatium culturale atque oeconomicum quod pertingat ab Olisipone usque ad Vladivostocium!’* Putinus etiam dixit fieri posse, ut Russia nomen daret Natoni participandae. At Americani hoc recusaverunt. Hoc non fiet, quia Russia est nimis magna. Quam Americani non possunt custodire, hac terrâ ingenti perturbaretur Civitatum Unitarum *hegemonia*. Et dum Civitates Unitae Europaeis praescribet, quae commoda habeant oporteat, semper habebimus problema. Nulla enim problemata fuerant in Europâ inter Russiam et Europam: Gasum affluebat, homines itinera faciebant, omnia erant mirabilia. Usque id tempus, quo postulatum est: *‘Oportet Ucraina fiat membrum Natonis.’* Isto problemate vexabimur, dum Americani in Europâ potestatem exercere

⁴⁷ **ēmungō**, -ere (*sensu translato*): i.q. *decipere, fraudare, fallere*. orig. *verarschen*. Simile verbum sermonis remissioris est **dēruncinō**, -āre

sic poterunt, ut Europaeis praescribant: *'Mittite milites in Ucrainam! Nos non mitemus – non sumus stulti – sed vos facite, ut mittatis.'* -

Iussu Americanorum Europaei aut arma et milites in Ucrainam mittunt aut sanctiones decernunt ad Russiae oeconomiam affligendam. At Americani ipsi tales sanctiones tollunt, si animadvertunt easdem sibi ipsis nocere – Europaei hoc non faciunt. Et simul Americani 369 miliardis dolariorum legem ferunt inflationis deminuendae et subventionibus attrahunt industriam Europaeam in Americam. Istis rebus acceptis Europaei auxilii expertes nil faciunt nisi lamentantur: *'Eheu, hoc dolendum est!'*.

Cellarius: *Ecquid in te spēcula est?*⁴⁸ Nonne tamen adhuc licet sperare in fine rem evasuram esse felicem? Tamen non exasperatum, sed mitigatum iri? Modo locuti sumus de conflictûs exasperatione deque confrontatione Orientalium et Occidentalium. Quam spēculam vides, quâ res tamen bene evasura sit?



EXERCITIUM QUADRIGAE NATONIANUM A.2024 FACTUM

48 cfr PLAUT. Persa 310.

TEUTONES FURIAE FALCONESQUE BELLICOSISSIMI



URSULA VON DER LEYEN (*1958, *a sinistris*)



RODERICH KIESEWETTER (*1963)



ANNALENA BÄRBOCK (*1980)



ANTON HOFREITER
(*1970)



AGNES STRACK-ZIMMERMANN
(*1958)



NORBERT RÖTTGEN
(*1965)

DULCE BELLUM INEXPERTIS

Erasmus Roterodamus

**NATONIS FURIAE FALCONESQUE BELLICOSISSIMI
AMORE TENERRIMO CUM SCURRA SUO CONIUNCTI
VALORES OCCIDENTALES USQUE AD ULTIMUM UCRAINUM
FORTISSIME DEFENSURI**



VICTORIA NULAND (*1961)



IOSEPHULUS SOMNICULOSUS (*1942)



LINDSEY GRAHAM (*1955)



EMMANUEL MACRON (*1977)



DAVID CAMERON (*1966)



GIORGIA MELONI (*1977)




RISHI SUNAK (*1980)



JENS STOLTENBERG (*1959)

Praeco: Talem non video. Omnibus nuntiis, quas modo accepi, rebus futuris valdē diffido. Tamen puto non esse prorsus impossibile aliquem hominem responsabilem alicubi non nimis sēro experrecturum esse. Puto rem gravissimam decertatum iri mense Iunio – Maio exeunte, Iunio ineunte. Quo tempore fiet exercitium Natonis, quod dicitur *‘Defensor Constans’*. Idem habet quattuor partes, quarum prima facta est hieme. Mense Martio vel potius breviter post Martium exeuntem, centum milia militum iter facient a Dacoromaniâ usque ad terras Balticas, praeter limites Russiae et Ucrainae et Russiae Albae. Omnibus illis nuntiis septimanarum transactarum collectis, quibus accepi copias europaeas in Ucrainam esse profecturas, permissum esse, ut ruchetae Britannicae volarent etiam in Russiam – non iam tranquillē dormiam, nisi medio mense Iunio omnes isti milites domum redierint. At mihi videtur fieri posse, tu saltim nonnulli illorum mittantur in Ucrainam, ut fiat nova belli exasperatio. Dolenter non video ullum in Europâ hominem politicum maioris auctoritatis – necnon in Civitatibus Unitis – versantem, qui dicat: *‘Heus vos, sistite! Ibidem mortui sunt hominum milio dimidius vel milio integer – nullâ aliâ de causâ nisi istâ quaestione, utrum Ucraina cooptetur in Natonem necne. Heus vos boni homines – verum enim vero – istud fieri non licet!’*

Talem vocem non audio a politicis principalibus rerum publicarum Europae principalium êdendam. Audio neminem nisi istos, qui clamitent rem esse etiam etiamque exasperandam. Itaque antequam aliquem audivero, qui tandem expediat cerebrum suum, ut agat rationaliter, parum causae habeo *optimismi*.



Cellarius: At modo dixisti Russos maiorem partem esse *optimistas*. Tu autem in Russorum societate iam inveteratus necnon *idealista* cum sis – quid tu potissimum exoptas ut fiat de Russiâ et Terris Occidentalibus?

Praeco: Id quod potissimum exopto ut fiat est: *Eicite Americanos ex Europâ!* Deinde animis tranquillis tollamus limites et visitemus inter nos. Roga illos, qui *Certamen Pedifolliarium Mundanum Anno 2018* experti sunt ipsâ in Russiâ! Illo tempore per integram septimanam semper versatus sum in viâ. Homines ex omnibus

terris mundi laetissimê atque hilarissimê per urbem commissabantur; affectus animorum fuit incredibiliter cômis, iucundus, affabilis, maximê mirabilis.



Dicebant autem peregrini primum in Russiâ versantes: *'Babae amice, haec terra prorsus alia est quam nobis narratum est! Age visitemus inter nos, ferias unâ degamus, commercia faciamus etc., etc.'* Ubi est problema? Russi habent *materias crudas*, quibus vos egetis, in Russiâ sunt *gasum et oleum pretii minoris*, gaudete, et si quando volueritis facere rationem *photovoltaicam*, Russi et Sinenses habent *terras raras*. Vos autem afferatis vestra *autocineta* et artem *technicam altiore*, ut omnes fiant felices! Hoc fieri posset, scilicet hoc futurum fuisse, ut fieret feliciter. *At – eheu! - Ucraina debuit cooptari in NATOnem*. Ista res visa est praestantissima - -

Nunc redeo ad Russorum *optimismum*. Dixi Russos rebus futuris confidere. Tali demoscopiâ, qualis facta est ab illo *Centro Levadiano*, agitur de fortunâ singuli hominis, qualis sit evasura. Qualis Russia evasura sit, si bellum exauctum erit et exasperatum, scilicet me nescire. Profecto dubium non est, quin vita Russorum hodie sit melior quam heri, et cras futura sit quam hodie. Qualis haec vita futura sit, si viginti milia militum Francogallorum in Ucrainâ versabuntur et fient telorum iaculationes etiam vehementiores – heus - exspectemus, quae res deinde sint evasurae.

Cellarius: Domine Praeco, intimo ex animo multas tibi gratias ago pro hęc colloquio!



EXPLICIT
COLLOQUIUM INTERROGATORIUM
QUOD
ROMANUS CELLARIUS
TURICENSIS
HABUIT CUM
THOMA PRAECONE
PETROPOLITANO.



«Aut Russia vincet aut destruetur totus mundus»



Владимир Рудольфович Соловьёв
*a.1963

VLADIMIRUS RVDOLFIDES LVSCINIVS¹ est vir russicae televisionis politicae omnium celebratissimus. Miliones Russorum spectant eius spectacula colloquendi. Ídem Putini propagandista² principalis putativus quid dicit de statu rerum qui nunc valet?

1 **Vladimirus Rudolfides Luscinius**. orig. *Владимир Рудольфович Соловьёв* *Wladimir Rudolfovich Solowjow* De etymo huius gentilicii nominis russici cfr <https://www.igenee.com/en/surnames/s/solowjow>: „The last name Solowjow is a Russian surname, derived from the Old Russian element “*Solovei*”, meaning ‘*nightingale*’. It is typically transliterated as Solovyov or Solovev in Russian. As a surname, both Solowjow and Solovyov are usually associated with the Russian noble family of Solov'ev, who have a long and distinguished history of service to the Tsar. The original Solov'evs were traders and artisans from the Ukraine who became loyal to the Tsar during the loss of Ukrainian independence in the early 17th century...”

2 ***prōpagandista**, -ae m. cfr Monsieur Zaleski, *Voyage à Ceylan et aux Indes*, Rome 1889, p.417: Allocutio R.P.D. Pauli Goethals Archiepiscopi Calcuttensis: „...ut scilicet totis viribus in propaganda fide inter gentes alienas incumbamus. Verum quidem est **nomen Propagandistarum** nobis passim et quidem non semper benevolō animo inditum fuisse. ... quique proinde merito **Propagandistae – sit fas verbo** – sicut nos exstiterunt.“



ROGERIVS KÖPPEL (a sinistris) ET VLADIMIRUS LVSCINIVS (a dextris)

Scriptis Rogerivs Köppel, in Latinum convertit Leo Latinus.

DIE WELTWOCHE, Periodicum Hebdomadale Turicense: Nr.25 – d.20. m.Iun. a.2024 – p.26-31.

Diurnarii nostri tenentur fascinati Ucrainâ. Nemo colloquitur cum Russis. Hoc est falsum. Ut sumus Helvetii, oportet audiamus etiam alteram partem, ne videamus imaginem unilateralem. Haec fuit causa, quâ anno ante visitarem *Vladimirum Luscinium* Russum telemoderatorem spectaculorum colloquendi in patriâ suâ omnium celebratissimum, sed apud nos dubium et litigiosum, in eius officinâ televisificâ Moscuensi. Qui mihi a *Luscini* quondam condiscipulo erat commendatus, quodam Russo, qui scholâ absolutâ in universitate Havardianâ studuit et fecit cursum honorum in rebus politicis et industrialibus excellentem. Îdem mihi narravit *Luscinium* exortum esse ex gente russo-iudaicâ eruditissimâ, examina universitatis optimê superasse, etiam studiosos docuisse in Civitatibus Unitis. *Vladimirum Luscinium* ûti quidem interdum sermone tam crasso tamque acerbo, ut auditores provocarentur, sed esse intelligentissimum eiusque commentarios emissionesque televisorias, quae apud nos – nescio quare – sunt prohibitae, apud Russos esse maximê populares. His auditis factus sum curiosus.

Colloquium illo tempore Moscuæ factum fuit breve, sed delectabile. *Luscinus* vir sexagenarius mihi visus est acerrimo ingenio praeditus. Eius sermo ironiâ salibusque nigerrimis abundans nescio an ubique terrarum intelligatur. Qui vir interim est satis exercitatus, laboriosissimus, cottidie complures facit emissiones in televisione, sed etiam in radiophoniâ necnon in planiformâ interretis telegramicâ. *Luscinus* est possessor propriae negotiationis productivae, itinera facit, ut mihi narravit, omni septimanâ ad frontem bellicam Ucrainae orientalis. Colloquium quod sequetur his diebus fecimus iconophono. Opinionibus *Luscini* nescio an nonnulli lectores perturbentur, nonnulli fortasse consternabuntur. Sed pro certo habeo operae pretium esse varietatis causâ aliquando hanc vocem audire, quâ auditâ miliones Russorum sentiant reddi opinionem suam propriam.

In bello *utraque* pars divulgat praeconationem *propagandam*. Itaque oportet noscamus etiam *propagandam* partis *alterius*, ne semper fallamur *propagandâ* partis *propriae*.

SEPTIMANA MUNDANA: *Domine Luscini*, colloquimur cum Russiae telemoderatore spectaculorum colloquendi verisimiliter *fructuosissimo*, procul dubio *litigiosissimo* et in occidente omnium *exosissimo*. Fortasse tu es quodammodo Orientis *Tucker Carlsonius* aut potius alter *Rush Limbaugh*, qui programmatibus suis captabat animos milionum Americanorum...

LUSCINIUS: ...Verisimile est me potius esse talem virum qualis prioribus temporibus fuit *Rush Limbaugh*, cum adhuc pondus haberet 160 chiliogrammorum. *Tucker* enim natus est filius parentum praedivitem, cum *Rush* egoque non essemus infantes tam fortunati...

SEPTIMANA MUNDANA: ...Tu cottidie habes ingentem numerum spectatorum auditorumque, haberis pro *Cremlini propagandistâ principali*, pro *Putini tubicine atque tympanistâ*. Suspenso animo audire cupimus, qualis vir tu reverâ sis, salvus sis, Domine nobiscum collocutere.



LUSCINIUS: Tibi gratias ago. Quadamtenus sollicitor tui causâ. Nonne tu sanctionibus punieris, si mecum collocutus eris? Spero hoc non factum iri. Sunt, ni fallor, adhuc quaedam terrae, in quibus nondum puniantur homines mecum collocuti. At mente confingo in multis regionibus Europae prohibitum esse, ne quis spectet neve audiat emissiones meas.

SEPTIMANA MUNDANA: Quare nomen tuum, ut es moderator televisificus, inscriptum est *Indici Unionis Europaeae Emissionum Prohibitaram?*

LUSCINIUS: Opinor hoc factum esse, quia Europa denique democratiae simulandae pertaesa revertit ad naturae suae partem originalem, i.e. *totalitarem, auctoritariam*, opinionis liberae aut privatae possessionis *prorsus immemorem*. Rutenus ut sum, sentio Europam hâc tempore prodere omnia quae defendere contendat. Itaque nos Rutenos miseret vestri.

SEPTIMANA MUNDANA: Quod delictum commisisti?

LUSCINIUS: Nescio. Sum diurnarius generis purissimi. Neque sum functionarius publicus neque officialis. Neque sum titulo officiali exornatus neque fungor munere officiali. Scelus meum omnium maximum videtur esse id quod miliones Rutenorum cottidie me audiunt voluntariê. Emissiones meae prohibitae sunt, quia dico ea quae

cogito – eâ ratione quam docuerunt *Russo* et *Voltarius*. In nomine illorum valorum europaeorum, quos vos in Europâ interim non flocci facitis.

«*Qui sunt valores³ vestri? Non iam estis christiani. Quid creditis? Creditisne in deos transgenderismi?*»

SEPTIMANA MUNDANA: Tu es natus anno 1963.

LUSCINIUS: Nefas! Quam diu hoc iam est transactum.

SEPTIMANA MUNDANA: Oriundus es ex gente eruditâ russico-iudaicâ. Mater tua rexit institutum bonae famae, studia tua scientiae ingeniariae absolvisti notis optimis, et in Civitatibus Unitis docuisti alumnos academicos. At nunc in Occidente haberis pro quodam *Doctore Strangelove* televisionis, pro viro mente capto, qui e.g. Magnam Britanniam demergere velit in undam radioactivitatis monstruosam, ut dixisti in programme tuo. Quonam modo tu te ipsum describis? Quis es tu?

LUSCINIUS: Ego sum definitivê iudaicus et definitivê Iudaeus russicus. Sum antifascista, odi nacistas et amo familiam meam. Est mihi talis historia, qualis est historia maiori parti gentis iudaicae. Sex membra familiae meae viva suffossa sunt a nacistis Ucrainae Banderianis inter Bellum Alterum Mundanum. Itaque hoc bellum Ucrainense sentio spectare ad me ipsissimum. Necnon – hoc dicam pace tua – ut sum Iudaeus, recordor etiam saecula suppressionis a variis Europae nationibus factae. Et Iudaeus Rutenus cum sim, recordor 27 miliones hominum sovieticorum, qui interfecti sunt ab Europaeis ad cultum civilem redactis. Itaque perridiculum est, quod *Olaus Scholzius* Germaniae cancellarius foederalis dicit Rutenos in regione Hyrgetica committere genocidium. Istâ sententiâ dictâ *Scholzii* fama in Ruteniâ est obscuratissima.

SEPTIMANA MUNDANA: Estne emissio tua televisoria quodammodo expeditio ulciscendi biblica, qua ulciscaris vexatores priores?

LUSCINIUS: Loquor de re, quam multi Europaei non vere intellegant. Nos Ruteni numquam fuimus tales quales sunt Europaei moderni. Nos vivimus historiâ nostrae

3 +**valor**, -ōris m. cfr **Forcellini**: <http://lexica.linguax.com/forc2.php?searchedLG=valor>: „**VĀLOR**, ōris, m. 3. (valeo) ¶ 1. Est **valetudo**, **virtus**. *Thes. Nov. Latinit. p. 622.* ed. *Mai*. Valor, valitudo. *Inscr.* apud *Henzen. Suppl. Orell. n. 5820.*, ubi *Cavedonius* vult leg. *Valori* pro *Pavori*, h. e. *Virtuti*. ¶ 2. **Pro pretio**, **prezzo**, **valore**, **τιμή**. *Plin.* Victoriati valore redimi potest. Ita referunt quidam Lexicographi: sed ea *Plinii* verba merito suspecta esse debent, quum adhuc inveniri non potuerint. Cf. **VICTORIATUS** et *Silligii* adnot. ad *Plin. loc. ibi adl.* Ceterum legitur in *Onom. Lat. Gr.*, quod in suo *Thes. utr. ling.* ed. *Vulcan.*“ - cfr **Ducange**: <http://ducange.enc.sorbonne.fr/valor>. „1. **VALOR**, **Strenuitas**, **virtus bellica**, in *Gasp. Barthii Gloss. ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot.* apud *Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 309.* Vide **Valorosus** 1. 2. **VALOR**, **Quidquid emolumentum ex re aliqua percipitur**. *Consuet. Dombens. Mss. ann. 1325. art. 6:* Quilibet nobilis.... possit et debeat saisire et saisiri facere per se, vel per alium ejus nomine, terram, fundos, fructus, Valores, exitus et proventus super hominem seu homines tailliabiles alterius. - 3. **VALOR**, **Valetudo**, **facultas**. *Charta Adami de Wallaincort. ann. 1184. in Chartul. Montis S. Mart. ch. 33:* Ponent sacerdotem qui pro me... Missam celebrabit cotidie.... Secundum Valorem corporis sui, ut contingit in minutione vel ægritudine.“ - cfr **Francisco Suárez Granatensis (1548-1617)**, *De divina gratia, Lugduni 1620, lib.VII n.6, p.374, n.1*): „...Deus autem lege sua potuit illam ad hunc effectum deputare et **valorem moralem** illi conferre, ad eum modum, quo moneta regio sigillo consignata certum **valorem** et aestimationem habet.“



familiae, nostrae nationis propriâ. Sentimus nos ipsos esse partes huius stemmatis genealogici. Sensu proprio ego odi historiam. Quae est tam mala, sed nos non possumus istam historiam oblivisci.

SEPTIMANA MUNDANA: Spectatores tui quid cogitant hodie Europam considerantes?

LUSCINIUS: Opinor eos cogitare vos esse insanissimos. Miseret nos vestri. Videmini valores vestros prodidisse. Qui estis? Qui sunt valores vestri? Vos non iam estis christiani. Vos definitivê non estis muslimi. Quid vos creditis? Num creditis in deos *transgenderismi*?

«Meumne scelus quid sit? Dico ea quae cogito. Iudaeos expilare est pars cultûs civilis Europae.»

SEPTIMANA MUNDANA: In nuntiis lêgimus te possidere duas villas ad Lacum Comensem sitas, quae nunc confiscatae essent ab Italiâ.

LUSCINIUS: Europa expers est fidei religiosae, setiam non habet rem publicam iure praeditam. Subito confiscant possessionem meam, auferunt mihi domos. Estne hoc decretum ratione iudiciali? Num illi mihi occasionem praebuerant sententiam meam defendendi, processus iudicialis ordinati? Nequaquam. Non prima vice factum est, ut Europaei auferrent Iudaeo id quod ab eo possidetur. Iudaeos expilare est pars cultus civilis europaei. Haec res est probatissima.

SEPTIMANA MUNDANA: Modo *Organizatio Gregis Septenarii* decrevit, ut aeraria Ruteniae publica adhibeantur ad Ucrainam restaurandam.

LUSCINIUS: Hae sunt pecuniae vectigalium a Rutenis pensorum. Hoc appellatur furtum. Quod videtur in Europâ esse probatissimum. At nobis aliter videtur. Denuo Europa bellum gerit contra Ruteniam, tertiâ vice. At vos estis omnis spei expertes. Miseret me vestri.

SEPTIMANA MUNDANA: Europaei contraria dicunt. Pars Occidentalium aliter argumentatur: Hanc rem se habere ratione contrariâ, Russiam fecisse «*terribilem invasionem non provocatam*» in Ucrainam et imminere toti Europae gessura «*bellum expugnationis imperiale*».

LUSCINIUS: Incipiamus ab initio. Profecto commissa sunt scelera terribilia. Quae commissa sunt ab Europa et Natone, cum Iugoslaviam delerent. Quae *Singidunum*⁴ bombis gravissimè grandinaverunt. In memoriam tibi revoco illas etiam delevisse *Afghanistaniam, Mesopotamiam, Syriam, Libyam*. Quandocumque vos Europaei atque Americani simulatis vos esse angelos, mihi videmini oblîti esse, ubi esset speculum.

SEPTIMANA MUNDANA: Quod speculum?

LUSCINIUS: En inspicite speculum, et videbitis diabolum! Per saecula iterum iterumque divulgabatis eandem *propagandam*⁵ imperialismi mendacissimam. Suntne haec verba ea quae exspectasti me dicturum esse?

SEPTIMANA MUNDANA: Redeamus ad realitatem hodiernam.

«Quandocumque Americani bella gerunt, pro uno milite interficiunt viginti homines civiles.»

LUSCINIUS: Respiciamus ad annum 2014. Factio *Chioviensis* dextra constitutioni adversa Civitatibus Unitis adiuvantibus profecta constitutionem Ucrainae abiecit ad purgamenta. Subscriptum est foederi cum *Janukovich*, cui multa sunt promissa. Tum subito ad eodem desciverunt. Ministri autem rerum externarum *Francogalliae, Germaniae, Poloniae* nihil dixerunt nisi hoc: «*Oh, hoc dolemus. Sed hoc non spectat ad nos.*» Qui ne digitum quidem moverunt, cum *Odessae*⁶ in urbe nacistae Ucrainii circiter 50 homines minoritatis russophonicae vivos comburerent. Ex anno 2014

4 +**Singidunum**, -ī n. *Belgrad*.

5 ***prōpāganda**, -ae f. i.q. *praeconatio politica*. cfr Georg Lurz, *Societas Latina* 1952, 16. cfr Kluge, *Etymologisches Wörterbuch*, ed. 21., Berolini etc. a.1975, p.567 s.v.: „Propaganda f. ‚Werbetätigkeit‘. Eine Anstalt der Kirche in Rom zur Ausbreitung des katholischen Glaubens heißt *De propaganda fide* nach lat. *propagare* ‚ausbreiten‘, ursprünglich ‚durch Senkreis fortpflanzen‘. ...“

6 ***Odessa**, ae f. cfr Willibald Besser (1784-1842), *Enumeratio plantarum hucusque in Volhynia, Podolia, Gub. Kiioviensi, Bessarabia Cis-Tyraica et circa Odessam* collectarum, simul cum observationibus in primitias florum Galiciae Austriacae. - cfr <https://la.wikipedia.org/wiki/Odessa>: „**Odessa** (Ucrainice: *Odeca*, Russice: *Odecca*, olim et **Istriarum portus**) est urbs et portus magnus circiter 1 000 000 incolarum ad Mare Nigrum in Ucraina, valens sedes industriae, scientiae et culturae, metropolis regionis Odessanae.“

*Chioviae*⁷ bellica tormenta ponderosa praeparaverunt in *Pratalia*⁸ invecturi. Iniectio telorum facta est vehementissima. Fac quaeras ex Ucrainiis, quare propriae civitates constitutionem negligentes bellum incohaverint contra compatriotas suos orientales, qui essent armorum expertes. Interfecti sunt plus 14.000. At ex Europâ ne syllaba quidem edita est. Contra ista Europaei non flocci fecerunt. *Pratalienses* per octo annos pugnaverunt pro independentia sui. Si umquam videbis *Fornaces Hugonianas*⁹, videbis coemeterium, quod appellatur «*Ambulacrum Angelorum*». Ibi sepulti sunt infantes qui interfecti erant ab Ucrainiis nacistis. At istos nihil esse nisi Russos. Quis curat illos? Sic sentire Europaeos ex annis experimur.



SEPTIMANA MUNDANA: At verum manet hoc: Russia impetum fecit in rem publicam superanam, violavitque eius integritatem territorialem.

LUSCINIUS: Istaes sunt gerrae. Cosovianis licuit proclamare suam independentiam. Nonne licuit etiam *Pratalianis* postulare independentiam ab Ucrainâ? Nos eandem officialiter agnitam comprobavimus. Foederibus subscripsimus eo fine, ut protegeremus *res publicas Pratalium* et *Fornacum* independentes. Hoc factum est mense Februario a.2022. Septimana post Ucrainii coeperunt gravia tela inicere in *Regionem Hyrgiticam*¹⁰. Praeses *Rei Publicae Hyrgiticae* publicè vituperavit telorum iniectioem et praescrisit, ut urbs evacuaretur a mulieribus infantibusque. Diximus *Selenskio*, ut desineret homines interficere. Deinde incohavimus *Operationem*

7 +*Chiovia*, -ae f. *Kiew*.

8 **Prātālia*, -ium n.pl. *Luhansk, Lugansk*.

9 *Fornācēs Hugōniānae* i.q. *Donezk*.

10 *Regiō *Hyrgitica* i.q. *Donbas*. (quod nomen secundum fluvium antiquum finxit *Alexius Scatebranus*).

specialem nostram militarem limitatam. Secundum pacta, quibus subscripseramus, hoc fuit prorsus legale.

SEPTIMANA MUNDANA: Quid respondes opprobriis, quibus Russia dicitur bellum gerere crudele contra homines Ucrainenses civiles?

LUSCINIUS: Vosne nos appellatis crudeles? Riderem, nisi res esset tam tragica! Oculos conicite in Israeliam, in *Laciniam Gazeticam*. Estne hic modus bellandi similis *Operationi Ruteniae Speciali*? Secundum Nationes Unitas numerus hominum civilium per annos duos et dimidium sunt interfecti, multis partibus minor est quam numerus Palaestinatorum his septem mensibus interfectorum. De istâ re in Europâ ne unum quidem verbum dicitur. Quam ultro patiuntur.

SEPTIMANA MUNDANA: Hoc non quadrat omni ex parte. Sunt, qui *Beniaminum Netaniahum* vocare velint in *Forum Iustitiae Internationale*.

LUSCINIUS: At Israeliani dicuntur omne ius habere sanctum se ipsos defendendi. Num Ruteni *Hyrgitae* hoc ius non habent? Verum est hoc: Numerus militum interfectorum in bello Ucrainensi est multo maior quam numerus hominum civilium interfectorum. Tanta proportio valet primâ vice ex 100 annis. De hac re in Occidente legis nullum verbum. Ut rectê me intellegas: Omnis vita est sancta. Conamur interficere ne umquam unum quidem hominem civilem. E contrario, quandocumque Americani gerunt bella sua bombifera, pro uno milite interfecto numerantur viginti homines civiles interfecti. Israeliani pro omni tromocratâ mortuo interficiunt tres vel quattuor homines civiles. Talia *n o s* non facimus.

SEPTIMANA MUNDANA: Ucrainae expugnationem nihil esse nisi gradum primum. Russiam impetum facturam esse etiam in alias terras gerens «*bellum neoimperiale aggressivum iuri gentium adversum*». Novisti hanc sententiam criticorum occidentalium. Quid respondes?

LUSCINIUS: Vos – malum! - quales homines estis, qui nobis detis talia praecepta? Omnia quae facimus, facimus nixi pactis atque foederibus. Praeses noster numquam postulavit, ut expugnaremus Ucrainam. Nos numquam diximus nos velle contra Europam pugnare. Quid est causae, cur hoc faciamus? Terrae habemus satis multum. Europa quid habet, quod nos non habeamus?

SEPTIMANA MUNDANA: Quare Russia nondum assecuta est fines suos belli gerendi? *Putinus* invasit exercitu relativê parvo. Num calculans erravit? Estne resistentia maior quam fore exspectastis?

LUSCINIUS: Ah quid dicis? Primâ vice ex multis annis *Mare Asowianum* est mare internum merê russicum. Eodem protegimus *Chersonesum Tauricam*. Liberavimus plus 10 miliones hominum. Si dicis nos bellum gerere contra Ucrainios, cur 3,5 miliones Ucrainiorum fugerunt ex Ucrainâ in Ruteniam, ut ibi viverent? Obiciuntur nobis scelera immania. Gerrae! Lingua ucrainiana in *Paeninsulâ Chersoneso Tauricâ*

est lingua officialis. Parati sumus a pugnâ desistere. *Constantinopoli* praeuimus compromissa. *Hyrgitae* non iam vivere volunt in Ucrainâ. Hoc est iis ius bonum.

SEPTIMANA MUNDANA: Quam periculosus est status rerum nunc valens? Praeses Francogalliae postulavit, ut in Ucrainam mitterentur copiae natonianae.

LUSCINIUS: Quandonam ultimâ vice Francogalli potuerunt pugnare? *Macronus* num habet sat multos milites, quos mittere possit? Ultimâ vice quâ pugnaverunt Francogalli, semper sunt humiliati, in *Asiâ austro-orientali*, inter *Bellum Vietnamicum* annis quinquagenariis. Ex *Africâ* eiecti sunt. Voluntne Francogalli nunc iterum mori in Ruteniâ et in Ucrainâ? Estne tam difficile illa recordari? Quandocumque Europaei inter se coniungunt, ut impetum faciant in Ruteniam, moriuntur.

SEPTIMANA MUNDANA: Nonne *Putinus* hoc bellum potuit evitare? Nonne insidiae eidem sunt paratae?

LUSCINIUS: Insidiae paratae sunt. Omnia erant praeparata. Nescio an *Iosephulus Biden* cogitaverit optimum esse Ruteniam delere, quantum fieri posset. At facultates Ruteniae oeconomicas falso aestimaverant. Putaverant se satis certo scire Ruteniae cervicem fractum iri onere sanctionum. Et definitivê Ruteniae oeconomiam necnon populum russicum falso censuerunt. Sed veritas est haec: Nos usque nunc parvam tantum partem facultatum nostri adhibuimus!



SEPTIMANA MUNDANA: Quantam censes esse Russorum voluntatem pugnandi? Suntne parati ad pugnandum?



LVSCINIUS INCREPITAT IN GERMANOS PRAESERTIM IN URSULAM ILLAM EXCETRAM UNIONIS EUROPAEAE

LUSCINIUS: Dicuntur multi milites nostri cecidisse. En aspice coemeteria Ucrainae et Russiae: Non invenies numeros aliquatenus inter se similes. Contenditur Ucrainios esse paratos pro patriâ mori. Quaero ex te: Quot miliones Ucrainiorum aufugerunt in terras peregrinas? Quot Ucrainii hōc anno voluntariē nomen dederunt contra Ruteniam pugnando? Nullus. Itaque nunc in Ucrainâ homines violenter mediâ in viâ comprehensos cogunt, ut fiant milites. E contrario multi Ruteni voluntariē nomina dant militando. Hoc non facerent, ut morerentur in fronte bellicâ. Non rēfert, quamdiu res duratura sit: Nos vincemus.

SEPTIMANA MUNDANA: Quomodo iudicas de iis quae in hōc bello praestiterit *Praeses* vester? Num rem bene fecit, num rectē egit?

LUSCINIUS: Profecto meis in emissionibus iam saepe *Putinum* vituperavi. Eiusdem loco equidem essem multo durior. Sed unum est certum: *Putinus* cogitat *ratione valdē pragmaticâ*. Et *multo minus emotionali*¹¹ quam *Bidenius* aut *Sunak* aut *Boris Johnson*, quam omnes isti homines *neurasthenici*.

SEPTIMANA MUNDANA: Tu novisti *Putinum*. Îdem vir quonam modo sentit, quomodo cogitat?

LUSCINIUS: *Putinus* non est lucripeta. Neque cupit possessionem quam maximam. Non invenies scandala corruptionis a *Putino* commissa. Ruteni vident, quomodo îdem vir vivat, laboret, quid possideat. *Putinus* curat *valores* servandos. Nos Ruteni nunc servimus patriae. Hoc non est bellum *Putini*. Hoc est bellum existientiale. Postulatur,

11 **ēmōtiōnālis*, -e: cfr Emmanuel Gisquière: *Deus dominus. Praelectiones theodiceae* (1). 1950. p.85: *Deus*, ut ceterae essentiae, attingitur a nobis in «actibus *emotionalibus*». - cfr Zeitschrift für Psychosomatische Medizin und Psychoanalyse, 1986, tom.32, p.30: „Impotentia *emotionalis*, orgastische Impotenz.“

ut prodamus religionem nostram, valores nostros, nostrum genus vivendi, ut desistamus a nobis ipsis. Hoc non faciemus.

SEPTIMANA MUNDANA: Quonam modo in mentem tibi venit a Russis postulari, ut desistant a *valoribus* suis?

LUSCINIUS: Hoc est facile dictu: Vosne vultis *nos* celebrare *pompas tribado-cinaedo-hermaphroditicas*¹²? Numquam! Vosne vultis *nos* oblivisci historiam nostram pugnam contra nacistas factam? Numquam!

SEPTIMANA MUNDANA: Tu optimê scis nomen *nacismi non* congruere cum Ucrainâ *hodiernâ*.

LUSCINIUS: Nisi sunt nacistae, cur monumenta ponunt nacistis sceleratissimis, qualis fuit *Bandera*? Ah, scilicet Ucrainios participare *Certamen Cantandi Eurovisionis*. Dicitis etiam Ucrainam manifesto esse democratiam. At Ucraina est democratia, quae vacat a libertate dicendi, ubi sunt captivi politici, ubi factiones oppositionis sunt prohibitae. Et talem civitatem vos appellatis *democratiam*!

SEPTIMANA MUNDANA: Sanctionibus quam vehementer debilitatur terra vestra?

LUSCINIUS: Rogo te ut expergefias! Spatio biennii facti sumus oeconomia popularis quarto loco a maximâ, quia nostra oeconomia celerius crescit quam tota ista Europa exsecrata. Habemus portionem disoccupatorum paene *zeroticam*. Nos efflorescimus, et vos morimini. Vos estis ii, quos Americani volunt hac crisi delere.

«Omnia quae nos facimus, facimus nixi iure gentium, fundamento pactorum».

SEPTIMANA MUNDANA: Quid causae est, cur Americani hoc facere velint?



¹² orig. *LGBTQ-plus-minus*

LUSCINIUS: Europa Americae fuerat maximo periculo. Ratione oeconomicâ. Nunc Europaei non iam habent gasum russicum, non iam habent energiam russicam. Oeconomia europaea interit. Europa non iam est superterritorium oeconomicum. Civitates Unitae male abutuntur Europâ. Voluerunt pecuniam vestram. Quam nunc habent. Pecunia vestra assugitur in *systema argentariarum americanum*. Rutenia autem habet socios probissimos. At qui sunt socii Europae?

SEPTIMANA MUNDANA: Quantum nunc est periculum *Belli Mundani Tertii*?

LUSCINIUS: Iam insumus medio in tali bello. Vos autem ne hoc quidem animadvertitis. Vos ipsis consolamini Ruteniam certê nihil facturam esse mali et periculosi. Per annos *Natone* etiam etiamque propius accessistis ad limites Ruteniae, et nos vobis diximus ne hoc faceretis. Ruteni amant Europam, iidem vos amaverunt. Vos nos facitis vobis hostes. Non oportet Rutenos sibi facere hostes. Vita nostra non nimium valet. At *nos* scimus pro quâ re moriamur. *Vos*ne scitis, pro quâ re moriamini? Estisne parati mori pro vestris valoribus, pro vestrâ religione, pro vestrâ patriâ? An estis parati liberos vestros mori sinere pro regimine Ucrainae *corrupto atque ultranationalistico*?

SEPTIMANA MUNDANA: Num etiam *Putinus* sic sentit? Cogitantne plerique Russi ita ut tu cogitas?

LUSCINIUS: Profecto non agitur de *Putino*. Agitur de *Populo Russico*. Alio viro praeside fortasse iam gereremus bellum atomicum.

SEPTIMANA MUNDANA: Urgeturne *Putinus*, ut adhibeat arma atomica?

LUSCINIUS: Non urgetur. *Putinus* scit, quid sit sensus vitae. Qui servit *Populo Russico*, eiusdem commodis, terrae suae maternas. Scimus eum esse unum ex nobis. Sumus parati pro Ruteniâ mori. Non omnes, sed Rutenorum plus octogenaes partes centesimaes.

SEPTIMANA MUNDANA: Multum temporis degis cum Russiae militibus in Ucrainâ pugnans. Qualis est nunc status rerum militarium?

LUSCINIUS: Ex mense Octobri a.2022 omni septimanâ vehor illuc. Bellum, quod gerimus, est perquam technologicum et omni septimanâ mutatur. Milites nostri sunt paratissimi, perquam periti atque prudentes. Itaque numerus Rutenorum interfectorum est valdê parvus. Qui est quinquies vel sexies minor quam numerus interfectorum Ucrainiorum. Nos petimus scopos militares. Simul Ucrainii tela iaculantur in urbem *Belgorod* russicam. Nemo vestrum umquam commemoravit, quot homines civiles ibidem interfecti essent, quot civiles in *Regione Hyrgiticâ*, in *Pratalibus*, in *Chersoneso Tauricâ*, in *Azagario*¹³. Hoc vos non flocci facitis.

SEPTIMANA MUNDANA: Quo usque tandem bellum perdurabit?

LUSCINIUS: Cur putas necessarium esse, ut bellum mox finiatur? In memoriam tibi revoco Europam prius per decem annos, per viginti annos, immo partim per decennia

¹³ *Azagarium*, -i n. *Saporischja*.


pugnasse. Revertimur ad tempus bellorum longorum. Nos pares sumus vobis omnibus vincendis. Cogitasne 150 tantum miliones esse *Russorum*? Nonne scis esse etiam 1,5 miliardas *Sinensium*? Nos perdurabimus. Heus vos *pueruli imperialistae Europeenses*, tandem expergiscamini!

SEPTIMANA MUNDANA: Vixisti in Civitatibus Unitis, in Europâ. In terris occidentalibus quid sentis falso fieri?

LUSCINIUS: Hodiernae Civitates Unitae sunt prorsus aliae quam illae, in quibus ego vixi. Vos prodidistis valores vestros religiosos. Prius fuistis valdê religiosi, praesertim in Civitatibus Unitis. Nunc regit *rectitudo politica* et «*wokeismus*». Et docentur esse 96 sexûs. Contenditur *feminas* posse habere genitalia *virilia*, et procul dubio *viros* posse *menstruare*. Istud est mera insania! Vos coepistis bellum gerere contra naturam. Vos incidistis in insaniam. Vos oblîti estis bibliam sacram, vos vivitis peccato obstricti. Tamen creditis vobis esse ius de nobis iudicandi. At aspiciate vos ipsos. Vos interim quos valores tenetis, quos vivendo sequamini? Scisne mihi explicare, quid hodie valeant adhuc *valores europaei*? Et tandem desinite mecum loqui de «*sancto valore*» sermonis *liberi* et possessionis *privatae* taliumque rerum.

SEPTIMANA MUNDANA: Quae causa subest isti *valorum interitui*?

LUSCINIUS: Hoc non spectat ad me. Non debeo hîc personam gerere *Doctoris Freud*. Mihi non est culcitra gratuita, cui Europa se incumbat, ut ego audiam omnes istas gerras. Vos decrevistis, ut pugnaretis contra Ruteniam. Vos vultis esse hostes nostri. Pleraeque nationes europaeae ne audent quidem monstrare conferentiam *Putini* diurnariam, quia îdem vir loquitur ratione nimis logicâ, mente nimis sanâ, nimis eruditâ necnon nimis deditus est valoribus christianis. *Putinus* enim magis europaeus est quam ipsi Europaei, cum Europaei oblîti sint mores suos traditos cultûsque civilis sui radices. Tamen – quod ridiculum est – vos adhuc creditis vobis permissum esse, ut nos doceatis.



LVSCINIUS INTERROGAT LAURENTIUM C. JOHNSON HISTOLOGISTAM
QUONDAM ANALYSTAM OFFICII SECRETI CIA

Quonam modo vos per unam tantum secundam animis fingere potestis vos esse meliores quam nos, vosque esse prudentiores quam nos?

SEPTIMANA MUNDANA: Ubi est *Putini* linea rubra?

LUSCINIUS: Nullam habet. Nos non flocci facimus calculationes vestras, vestras gradûs parvos, vestras exasperationes. Nos scimus Natonem iam fovere bases militares in Ucrainâ conditas, ut impetum faciat in Ruteniam. Si minae vestrae sat magnae erunt, ad effectum adducetur *Doctrina Russiae Nuclearis*. Quod procul dubio animadvertetis.

SEPTIMANA MUNDANA: Quam propinqui hodie sumus illi puncto, quo Russia adhibeat arma atomica?

LUSCINIUS: Sumus propinquissimi. Si e.g. Ucrainae dederitis aeroplana illa F-16: Deinde unde sciemus, utrum ista aeroplana gerant arma nuclearia tactica necne? Ista aeroplana constructa sunt ad arma nuclearia tactica gerenda. En habeas alterum exemplum: Si ruchetae spatii longi iniectae erunt in *electrificinam atomicam Kurskiensem*, detrimenta erunt perniciosissima. Quonam modo respondeamus?

SEPTIMANA MUNDANA: Quantum est periculum, ne qui praefecti generales *Selenskiani* utantur armis occidentalibus, ut provocent Russiae reactionem vehementissimam?

LUSCINIUS: Quod est periculum centenarum partium centesimarum. Qui omnia facient, quae facere poterunt. Vosne illos adiuvabitis talia facturos? In Britanniae actis diurnis est symbola, in quâ legitur post successum Ruteniae felicem Ucrainios debere attentationes facere tromocraticas in scholas russicas. Sed Ucrainii iam fecerunt attentationem tromocraticam in regionem rutenicam. Qui magnum numerum hominum iam interfecerunt in Ruteniâ, homines venantur, conantur etiam me venari. Ucrainii voluerant interficere *Duginum* philosophum, sed per errorem interfecerunt eius filiam. Qui bombas deiecerunt in pontem *Chersonesi Tauricae* ibidemque interfecerunt homines civiles. At vos hoc non flocci fecistis. Post attentationem in *Oecum «Crocii»* factam tromocratae aufugerunt in Ucrainam. Ibidem sunt exspectati.

SEPTIMANA MUNDANA: Quomodo Russia bello est mutata?

LUSCINIUS: Facti sumus valdê independentes. Habemus novas fabricas, salaria sunt exaucta, *norma victualis* est altior. Aspice tabernas nostras victuales, ibidem invenies omnia, quae vis, cibos excellentissimos, vinum excellentissimum, magnam copiam rerum, quibus eges. Tandem revertimur ad radices nostras. Nos non egemus vobis. Nos non egemus oeconomiâ vestrâ.

SEPTIMANA MUNDANA: Tune ut es diurnarius – esne verê liber? Licetne tibi *Putinum* tam vehementer vituperare quam vituperas *Selenskium* et *Bidenium* et ceteros?

LUSCINIUS: Hoc si facerem, non iam ego essem. Nam ego sum *patriota*. Sed potesne mente fingere, quantam pecuniam occidentales parati sint solvere, ut me trahant ad partem suam?

SEPTIMANA MUNDANA: Iamne tibi occasiones sunt praebitae?

LUSCINIUS: Scilicet mihi iam occasiones esse praebitas. At istis *laecasin dico*. Equidem non sum lucripeta. Quaecumque dico, ea credo unâ cum hominibus mihi mandatis, cum meis spectatoribus. Fatum mihi est hac in statione stare, si patria mea pugnat contra malum, quod venit ex occidente. Vixi per 58 annos, ut praepararer ad hoc bellum gerendum. Nunc autem est tempus vitae meae gravissimum. Cogito de *avo* meo, qui transiit per gehennam Belli Mundani Alterius usque ad mensem Maii a.1945, ubi versatus est *Berolini*. Cogito de *abavo* meo, qui pugnavit in Bello Mundano primo. Hodie ego pugno pro Ruteniâ. Hoc est optimum, quod mihi vitam degenti accidere posset.

SEPTIMANA MUNDANA: Nonne est tragoedia terribilis, quod Russia et Europa una ab alterâ tantopere sint abscissae?


LUSCINIUS: Nos unâ cum *Serbiâ* et *Hungariâ* sumus ultima terra verê europaea. Tragoedia est. Magna tragoedia.

SEPTIMANA MUNDANA: Est etiam tragoedia *Russiae*.

LUSCINIUS: Praesertim est tragoedia *Europae*. Tragoedia annuntiata. «*De interitu terrae occidentis*» fuit titulus libri cuiusdam plurimum divenditi, qui editus est ante plus centum annos. Factum est hoc ipsissimum. Vos id effecistis, ut cultum vestrum civilem necaretis. Vos assecuti estis, ut historiam vestram finiretis, radices vestras absecaretis, fidem vestram religiosam falleretis. Me miseret Europaeorum, qui non iam sunt Europaei.

SEPTIMANA MUNDANA: Attamen etiam *Putini* inceptum Europae sibi associandae evasit ruinosum. Num îdem nimis vehementer conatus est Germanos ab Americanis trahere ad partem suam?

LUSCINIUS: Americani non credunt in Germaniae independentiam. Germania est terra occupata. Itaque illi eam non intellegunt. De eâ nil faciunt nisi eam devorant.



LUSCINIUS INTERROGAT PROFESSOREM JEFFREY SACHS

Est theoria illa, quâ doceat politologus Americanus coniunctione Germaniae atque Ruteniae in periculum adduci existentiam superpotestatis USA. Puto Vassintonienses sic cogitare, itaque nunc bellum gerere contra Ruteniam.

SEPTIMANA MUNDANA: Ideoque Russia fit *consors iunior* Chinae.

LUSCINIUS: Quid dicit nos esse consortem *iunioem*? Volumus cum Europaeis coniuncti esse amicitia. At Europaei amicitiam nostram prodiderunt. Qui per octo annos nos fraudaverunt propter *Conventum Minsciense*. *Merkel* atque *Hollande* etiam confessi sunt se nos mendacio fefellisse. Primo vix credidi nos fraudatos esse ab *Angelâ Merkel*. Consentaneum est, ut Europaei magis timeant Chinenses quam nos. Nos nequaquam sumus in angustiis. Nos sumus liberi et vivimus in terrâ, quae non occupata est a copiis extraneis. Nos habemus monetam propriam, industriam propriam, gasum, oleum, necnon divitias sôli. Habemus homines, qui eligant sibi gubernationem suam et respiciant praesidem. Tandem vivimus condicionibus nostris congruentes.

SEPTIMANA MUNDANA: Quid tibi videtur de conferentiâ pacis, quae fit in Helvetiâ?

LUSCINIUS: Verumne est conferentia pacis? A quo agitur? Quocum? *Selenskius* convenit homines, quos prorsus non respiciat. Qui voluerunt de pace disceptare bellum contra Ruteniam gerentes sed sine Rutenis. Ridiculum. Patet istos politicos libenter itinera facere et erogare pecunias vectigalium ad itinera facienda absurda.

SEPTIMANA MUNDANA: Generaliter qualem censes personam in hōc bello gerere *Helvetiam*?

LUSCINIUS: Quae biennio ea perdidit, quae construxerat per duo saecula. *Helvetia* non iam est neutralis. Quae perdidit et pecuniam et bonam famam, quam voluerat accipere effectum huius conferentiae. Haec conferentia facta est sine magnis lusoribus, ergo nullo modo respicietur. Nonne videtis maiorem partem populorum mundi non iam stare ex parte vestrâ? Quae *nobiscum* consentit, non *vobiscum*.

SEPTIMANA MUNDANA: Nonne nunc verum dicis quod tantummodo exoptas?

LUSCINIUS: Verum est! Civitates *Bricsianae* adiuvant Ruteniam. Nosne versari in angustiis? Oeconomia nostra in primâ parte anni quadrante crevit *quinis* partibus centesimis! Quanta est crescentia *Helvetiae*? Heus boni homines, agite, expergiscamini. Desinite audire *propagandam insanissimam* vestrorum diurnariorum! Venite in Ruteniam modernam! Quam spectate oculis vestris propriis. Mirabimini.

«*Helvetia biennio perdidit ea, quae construxerat per duo saecula.*»

SEPTIMANA MUNDANA: Quonammodo respondes illis qui dicant te esse *Russiae propagandistam*?

LUSCINIUS: Num ego curo, quod canes me allatrant? Ego non sum *propagandista*. Sum diurnarius. Critici mei fueruntne in fronte bellicâ? Equidem ibidem degi per plus centum dies. Ego scio, de quâ re loquar. Num sciunt critici mei, de quâ re loquantur?

SEPTIMANA MUNDANA: Quid censes de suffragiis Europae?

LUSCINIUS: Quae non multum valent. Invenientur viae ac rationes, quibus deruncinentur populi regimine *Ursulae von der Leyen*. Unio Europaea est quaedam

dictatura, quae subverti non potest. Homines suffragia tulerunt in Germaniâ, Francogalliâ etc., sed voces hominum non audientur. Pergent regere politici, qui populo sint ingrati.

SEPTIMANA MUNDANA: Quid debet fieri, ut Europa et Russia denuo habeant mutuas relationes bonas?

LUSCINIUS: Relationes bonae et sanae certê sunt possibiles. Sed ad hunc finem assequendum necessarium est Europam fieri liberam atque *superanam*¹⁴. Si Europaei deliberaverint, qui sint ipsi et quid possint optimê, fieri poterit, ut denuo simus consortes. Sed nescio an hoc fiat eo quod commercium habemus cum Europâ cunitâ, sed potius cum Bavariâ aut cum Langobardiâ. Quisnam pro certo habet limites non posse mutari? In memoriam tibi revoco Europam aliquando fuisse multipliciorem linguis generibusque civitatum. Unio autem Europaea videtur non operari in salutem Europaeorum.

SEPTIMANA MUNDANA: Ubi Europae restat spêcula?

LUSCINIUS: Semper restat quaedam occasiuncula. Quis certo scit aliquando nos adventuram esse quandam navem spatialem, quâ fiat pax? At sanâ mente oportet videas Europam expertem esse voluntatis liberae. Europam regi ab hominibus, qui non agunt ad commoda Europae fovenda. Americani cum tantopere occupati sint Chinâ et occidente remoto impugnandis, curant, ut Europaei contra Ruteniam pugnent ad commoda americana fovenda. Mox Ucraina erit *terra viduarum orborumque*. Hoc factum est peccatis vestris. Vos illos iussistis pugnare. Fieri potuit, ut bellum finiretur. Constantinopoli pacta sunt fundamentalia. Desinite interficere Rutenos Regionis Hyrgiticae. Quare eos non sinitis vivere liberê? Homines Chersonesi Tauricae incolae nolunt vivere in Ucrainâ. Suffragia tulerunt. At Americani dicunt: *„Nolite hoc facere. Pugnemus contra Rutenos usque ad ultimum Ucrainum“*.

SEPTIMANA MUNDANA: Tu es etiam delectator televisificus, polemicus necnon exasperator. Quam graviter sentis ea quae dicis? Quantum saturae atque povocationis inest verbis tuis?

LUSCINIUS: Equidem cogito graviter graviterque operor. Loquor interdum maximo cum sarcasmo, sed omnia, quae dico, nituntur scientia historiae et Ruteniae eiusque Doctrina Nucleari. Necnon nituntur sexaginta annis vitae meae, quibus mala vidi et expertus sum. Quid prodest existentia huius mundi, nisi iam exstat Rutenia? At nos non moriemur soli. Conflictus non evadet nisi una ex duabus rationibus: Aut vincet Rutenia aut destruetur totus mundus.

14 +**superānus**, -a, -um cfr <http://ducange.enc.sorbonne.fr/superanus>: „**SUPERANUS**, Ex optimatum ordine, princeps. Vetustæ Membranæ apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 221: Ladislaus.... improvisus hostibus supervenire moliebatur. Unus vero eorum, qui **Superani** dicuntur, vehementer ei cepit obsistere, monens ne tempus pugne statutum perveniret, etc. Ille etiam Superanus viriliter pugnans cum multis aliis interfectus est.“



ECCE DUO VLADIMIRI: UNUS INTERROGAT ALTERUM.

SEPTIMANA MUNDANA: Nonne bene speras nos evitatuos esse istud scaenarium?

LUSCINIUS: Equidem credo in Deum. Omnia sunt posita in manu eiusdem.



VLADIMIRUS RUDOLFIDES LUSCINIUS

Владимир Рудольфович Соловьёв

RUTENIAE DIURNARIUS ATQUE TELEModerator

OMNIUM ILLUSTRISSIMUS

A

ROGERIO KÖPPEL

REDACTORE PRINCIPALI

PERIODICI HEBDOMADALIS TURICENSIS

C.T.

SEPTIMANA MUNDANA

(„Die Weltwoche“)

INTERROGATUS RESPONDIT.

INTERROGATIO

LATINE REDDITA EST

A

LEONE LATINO.

DIES POSTRIDUANUS



CINEMA

titulus	DIES POSTRIDUANUS
titulus originalis	<i>The Day After</i>
terra productionis	Civitates Unitae
sermo originalis	anglicus
annus publicandi	a.1983
longitudo	122 minutae
aetas spectandi minima	12 annorum
Grex operatorum	
scaenothetes	Nicholas Meyer
scriptum scaenarium	Edward Hume
productores	<ul style="list-style-type: none"> • Stephanie Austin • Robert A. Papazian Jr.
compositor melodiarum	David Raksin
cinemato-camerarius	Gayne Rescher
sectores	<ul style="list-style-type: none"> • William Paul Dornisch • Robert Florio

histriones et personae quas gerunt

- [Jason Robards](#): Dr. Russell Oakes
- [JoBeth Williams](#): Nancy Bauer
- [Steve Guttenberg](#): Stephen Klein
- [John Cullum](#): Jim Dahlberg
- [Bibi Besch](#): Eve Dahlberg
- [John Lithgow](#): Joe Huxley
- [Amy Madigan](#): Alison Ransom
- [Lori Lethin](#): Denise Dahlberg
- [Jeff East](#): Bruce Gallatin
- [Georgann Johnson](#): Helen Oakes
- [William Allen Young](#): Soldat Billy McCoy
- [Calvin Jung](#): Dr. Sam Hachiya
- [Lin McCarthy](#): Dr. Austin
- Doug Scott: Danny Dahlberg



SCIENCE FICTION THEATRE

THE DAY AFTER

NICHOLAS
MEYER

1983

FRIDAY 20TH JANUARY | 8:00PM | DEPTFORD CINEMA, 39 DEPTFORD BROADWAY, SE8 4PQ
WWW.SCIENCEFICTIONTHEATRE.CO.UK | @SCIFITHEATRE

£3.50 ADV

£5 DOOR


Programme supported by Film Hub London, managed by Film London.
Proud to be a partner of the BFI Film Audience Network, funded by
the National Lottery | www.filmhub.org.uk/filmhub

Film Hub
London



The National Lottery

DIES POSTRIDUANUS* est cinema televisorium a.1983 in Civitatibus Unitis Americae confectum, quo monstratur, quales sint effecus belli atomici ficticii intra Civitates Unitas. In Europa hoc cinema etiam monstratum est in cinemateis.



Cinemathe in eunte scaenae monstrantur, quales fieri poterant inter **Bellum Frigidum** et quibus erumpitur bellum inter superpotestates, i.e. **Civitates Unitas** et **Unionem Sovieticam**. Spectatores de condicionibus politicis non certiores fiunt nisi indirecte relationibus radiophonicis aut televisificis; simul introducuntur personae praecipuae, qui discrimini politico variis modis respondent: Cum nonnulli cognoscant, quam

* **Diēs Postriduānus** i.q. angl. *The Day After*; russ. На следующий день; ucrainicē Наступного дня; theod. *Der Tag danach*; fr. *Le Jour d'après*; hisp. *El Día después*, *Holocausto nuclear (Chile)*; ital. *Il Giorno dopo*; neogr. Η Επομένη Μέρα; coreanicē 그날 이후. - cfr **Forcellini** <http://lexica.linguax.com/forc2.php?searchedLG=> postriduānus: „**POSTRIDŪĀNUS** et postridianus, a, um, adject. qui postridie venit, aut fit. *Macrob.* 1. *Saturn.* 15. *sub fin.* et *ibid.* 16. Omnes postriduani dies, seu post kalendas, sive post nonas, idusve, ex aequo atri sunt. *V. ATER* et *POSTERUS* sub *A. I. b.*“ - **ThLL** 10,253,9-17: **postridiānus**, -a, -um. a postridie. i.q. *ad posterum diem pertinens*: *AVG.serm.*351,3,5 *escarum* immoderatio appetitus, saepe excessum modum -a (post triduana vel postriduana *codd.*) cruditate contestans (cf. p.254,41). *MACR.Sat.*1,15,22 omnes autem -i (-diani *ferē trad.*, -duani *edd. sec. B, ubi primitus* postriani) dies seu post kalendas sive post nonas idusve . . . atri sunt (c.1,16,21 dies . . . -os [-dianos vel -dianus *codd. opt.*, -duanos *cett. et edd.*] ad omnia maiores nostri cavendos putarunt, quos etiam atros velut infausta appellatione damnarunt. *ad rem v. p.* 254, 76. 205, 59).

periculosus sit status rerum, alii conantur animum avertere a processu eventuum dramatico.

Cum in regione Germaniae occidentalis bellum non-nucleare, quod geritur inter Unionem Sovieticam et Civitates Natonianas, exasperatum esset, ab utrâque parte



adhibentur primo **arma atomica tactica**, quod per nuntios atque rumores percrebrescit. Expectatione dramaticâ vehementissimê exactâ spectator videt notas transferri depulsionis **ruchetarum** Americae **intercontinentalium** typi „*Minuteman*“ et depulsionem ruchetarum, quae poiciuntur e siris suis in Civitatum Unitarum occidente medio sitis. Unio Sovietica impetum facit contrarium 300 ruchetis intercontinentalibus; non monstratur ultra superpotestatum faciat impetum primum. Neque in hōc cinemate patefit, uter superpotestatum culpam contraxerit conflictum exasperans; neque impetibus finitis Praeses Americae in allocutione sua radiophonica huic quaestioni respondet, neque enuntiat, utra pars habeatur pro „**victrice**“ belli. Detonatione armorum atomicorum media urbs **Kansanopolis** eiusque circumiecta mutantur in deserta et relinquunt nonnullos homines superstites, qui aut suffugiis cataphractis protecti sunt aut inopes sub dio errantes vagantur. In quodam nosocomio quod restitit integrum, nonnulli medici conantur curare vulneratos.

Pars finalis cinematis agitur duabus septimanis post bellum atomicum, quod multi homines vitâ superaverunt, et patefacit effectûs impetûs atomici.

In totâ terrâ praevallet **anomia**, multi homines laborant morbo irradiationis. Cinemate exeunte spectator non certo scit, qualis evasura sit vita hominum superstitem, sed nulla videt omina nisi funesta et desperata: Superstites vix ullo modo possunt restituere societatem penitus destructam. Utuntur instrumentis technicis primitivis, quia infrastructura est prorsus deleta. Urbes sunt inhabitabiles, multae domus destructae. Ubique oriuntur castra profugorum, quorum incolis non satis multa afferri possunt victualia. In nosocomiis relictis desunt medicamenta, periculum est, ne erumpantur morbi contagiosi. Exercitus custodia suscepta sine causis iudicialibus homines interficit sclopetando. Praeses autem eiusque ministri vitâ superaverunt et leges elaborant ad terram restituendam, quae non possint adhiberi. Homines armis se instruunt et invicem se interficiunt, ut vitâ superent.

Personae dramatis

Personae dramatis praecipuae sunt **Dr. Oakes**, qui post impetum atomicum conatur parvum nosocomium universitarium in urbe Laurentia situm dirigere, **familia Dahlberg**, quae in hypogeo suo tamquam in suffugio vitâ superavit et miles **Vilelmulus McCoy**.



Familia Dahlberg magnum colit praedium, **Iacobellus Dahlberg** est agricola superbus atque conservativus, qui vivit fructibus agri sui. Filia maior natu viro nuptura lasciviis suis nocturnis efficit scaenas comicas, quas cum marito suo futuro. Mater eius modo praeparat festum nuptiarum, cum subito ingruit catastropha. Dahlbergii bellum atomicum vitâ superant in hypogeo domus suae, quod aedificatum erat ad habitantes contra procellam ventorum alternorum; ibidem per duas septimanas permanent in tenebris.

Apud Dahlbergios habitat **Stephanus Klein** alumnus academicus, qui impetu atomico territus in praedio studuit se servare.

Postquam praecipitatum radioactivum desiit decidere et **Dahlbergii** denuo possunt hypogeam relinquere, conantur vitam prolongare, sed hoc fieri non potest. Messis enim est deleta, non possunt facere novam sementem, quia humus est contaminata – quod commendat gubernatio, ut totum stratum humi superius demant, **Dahlbergiis** videtur esse ludibrio esse, quia hoc absolute impossibile est: Unâ ex parte copia humi amovendae esset nimis magna, alterâ ex parte, si reverâ tantum humi auferrent,

restaret nil nisi terra sterilis, in quâ nulla herba cresceret. Verisimile est filiam maiorem natu, cum laboret morbo irradiationis, mox morituram esse eiusque sponsum periisse, filium *Dahlbergiorum* obcaecatus est, quia inspexit in fulgur luminis displosionis nuclearis. *Stephanus* paratus est ad filium filiamque secum abducere in urbis *Laurentiae* nosocomium universitarium, sed ibi neuter potest curari. *Iacobellus Dahlberg* sclopeto interficitur a profugis, qui unum ex bobus eius mactaverunt. Uxor *Iacobelli*, quae audit sclopetationem, et filia minor natu solae relictæ solae manent.



Dr. Oakes apparet esse pater familias mente sana atque moderata praeditus, aetate matura, qui discrimine politico aliter ac plerique aliae personae dramatis vehementer sollicitatur. Îdem amat uxorem et habet trinos liberos, quorum duo sunt iam adulti, sed omnes tres moriuntur inter impetum in *Kansapolin* factum. *Dr. Oakes* vitâ superat, quia tempore impetûs versatur prope urbem *Laurentiae*. Ibidem suscipit nosocomium universitarium dirigendum et modicis subsidiis, quae restant calamitate

nucleari facta, una cum ceteris medicis servare vitas hominum. Quia putat uxorem suam liberosque esse mortuos ideoque vitam suam esse spei expertem, tam tanta cum industria laborat, ut prorsus defatigaretur. Denique iam moriturus pedibus proficiscitur ad urbem Kansanopolin, quamquam scit hanc urbem esse destructam; *Oakesius* rationem huius itineris faciendi reddens dicit se saltim patriam semel velle revidere. Cinemate exeunte îdem senex factus, cum uxoris reliquias armillae horologiae reperiret adustas, lacrimans collabitur in parietinis domus suae, quendam virum domus expertem amplexus, quem brevi ante voluit fugare ex „domo“ suâ.



DR. RUSSELL OAKES ULTIMUS HOMO IN PARIETINIS DOMÛS SUAE SEDENS DESPERATUS
 »SUPERSTITES INVIDEBUNT MORTUIS«

Alia persona dramatis *Vilemulus McCoy* miles gregarius, qui unus est ex operariis stationis ruchetariae. Cum sit simplex miles, a praefectis remotissimus est, qui armationem terrae maximê acceleraverunt et exauserunt, sed non verê credit bello frigido aliquando effectum iri bellum verum – saltim uxori suae semper narrabat se numquam vocatum iri ad usum ruchetarum „verum“. At nunc debet vehi ad sirum ruchetarium, quamquam voluit unâ cum uxore et filio vehi ad socrum suam. Postquam ruchetae e statione sunt eiectae, Vilemulus suo Marte relinquit stationem, cum commilitones sui secundum mandatum officiale remaneant in siro ruchetario vacuefacto verisimiliter impetu contrario perituri. Vilemulus fugiens impetum bombarum atomicarum expertus iter subdiale faciens multum radioactivitatis passus est, ut cinemate exeunte morbo irradiationis graviter affectus est moriturus. Verisimile est eius uxorem et filium iam tempore impetus ruchetarum perisse.

Quem nuntium scaenothetes spectatori velit afferre hoc cinemate?

Hoc cinemate clarissime demonstratur, si umquam fieret bellum atomicum, futurum fuisse, ut America tota destrueretur. In eodem cinemate impetus atomicus ab Unione Sovieticâ fit trecentis ruchetis atomicis: cum octogenariis annis ineuntibus magna pars ruchetarum intercontinentalium instructa esset capitibus displosivis multiplicibus (e.g. rucheta „*Stiletto*“ (SS-19) sex capitibus displosivis instructa), si 300 ruchetae adhibitae essent, multo plura quam mille atomica capita displosiva in Civitates Unitas essent iniecta. Hac in cohaerentiâ oportet respiciamus a.2013 in Civitatibus Unitis fuerunt 295 (ducentae nonaginta quinque) urbes, quae habuerunt plus 100.000 (centum milia) incolarum; ergo, si in omnem urbem tantam directum esset caput displosivum, numerus capitum displosivorum non solum suffecisset ad omnes destruendas, sed etiam ad destruendas omnes compluries, id est ad efficiendam illam *destructivitate[m] multiplicem*¹.



a.2008



a.2016

NICOLAUS MEYER (*1945)
AUCTOR & SCAENOTHETES

Productio

Fabula huius cinematis praecipuê agitur *Laurentiae* in urbe universitaria prope megalopolin *Kansanopolin* sita eiusque circumiecta ruralia. Agitur ergo haec fabula in Civitatum Americae Unitarum regione genuina, cuius incolae sunt eximie religiosi et moribus traditis dediti ideoque exempli demonstrat, quomodo hoc idyllion rurale destruat et in ipsa hac societate moribus traditis dedita post bellum atomicum

¹ **dēstrūctīvītās multiplex* i.q. *Overkill-Kapazität*. cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/Overkill>: „Der englische Begriff *Overkill* (wörtlich „*Übertötung*“, deutsche Übersetzung „*Mehrfachvernichtungskapazität*“) bezeichnete im *Kalten Krieg* die Fähigkeit, einen Gegner mehr als einmal zu vernichten, und sollte die Sinnlosigkeit des atomaren *Wettrüstens* zwischen den *USA* und der *Sowjetunion* veranschaulichen. Im Allgemeinen ist und war die „*Overkill-Kapazität*“ das Maß dafür, wie oft der Gegner vernichtet werden konnte. Der *Overkill* war ein wichtiger Bestandteil des *Gleichgewichts des Schreckens*. ...Die *Overkill-Strategie* wird auch heute noch von den *Vereinigten Staaten von Amerika* und *Russland* angewandt, wobei stets gilt, ausreichend Nuklearwaffen zu besitzen, um jedes mögliche Ziel, also z.B. eine gegnerische Raketenstellung mit mehreren Sprengköpfen zu treffen. Damit soll ein „Schwund“ durch gegnerische Abwehrmaßnahmen und/oder Zerstörung der eigenen Basen kompensiert werden, so dass das Ziel am Ende von mindestens einem Sprengkopf getroffen und zerstört wird. ...“

omnes valores perdantur et homines de nulla iam re cogitent nisi de propria vita servanda.

Laurentia est locus fabulae agenda praecipuus, quia urbs *Kansanopolis* ictu atomico est deleta. Ex alterâ parte *Laurentiae* sunt statutae multae ruchetae intercontinentales ad bellum cum Unione Sovieticâ gerendum; quo fit, ut iam ex initio idyllion sit fallax. Scaenae cinematibus, quibus monstratur impetus bombarum atomicarum, confectae sunt cinematibus, quibus receptae erant verae probationes armorum nuclearium.

Iohannes Stoddard qui illo tempore fuit praeses stationis ABC televisificae, dicit sibi in mentem incidisse ideam cinematibus **Diei Postriduanum** spectantis cinema, c.t. **Syndromae Sinensis**, quo pericula describuntur **liquefactionis nuclearis** in electricina nucleari factae. Se illo tempore deliberasse, quae factura essent, si quae regio Civitatum Unitatum vulgaris affligeretur impetu atomico.

Eduardo Humeo² mandatum est, ut scriberet cinematibus **librum scaenicum**; idem vir statuit, ut fabula ageretur in circumiectis urbis *Kansanopolis*, quia haec regio esset Civitatum Unitarum typica et quia eadem propter siros ruchetarios ibi positos *Kansanopolis* erat scopus alicuius impetûs atomici aptus. *Humeus* per complures menses legit libros et materias informativas, quae spectabant ad thema cinematibus necnon scientistas et magistratus gubernationis de eodem interrogavit. Liber scaenicus, quem *Humeus* denique proposuit adhibendum, respondit cinematibus longitudinis quattuor horarum.

Robertus Papazianus³ et **Nicolaus Meyer**⁴ productores atque scaenothetes obligati sunt, ut secundum librum scaenicum componerent cinema. Meyer statuit, ut fieret cinema televisorium, quia cinemate suo voluit accedere ad homines communes. Quia sumptûs productionis 7 milionum dolariorum ter maiores fuerunt quam sumptûs cinematibus televisorii vulgaris, hoc cinema confici non potuit, nisi eidem interpositae sunt scaenae **praeconationis commercialis**⁵. At ABC Statio Televisifica aegrê id assecuta est, ut scaenas praekonationis commercialis venderet huic cinematibus interponendas, quia multae negotiationes noluerunt nomina sua coniungi cum themate huius cinematibus. Hoc problema etiam causae fuit, cur Statio Televisifica ABC cinema quod scaenothetes originaliter voluerat complecti duos vesperos

2 **Eduardus Humeus** *Edward Hume*, i.e. auctor scripti scaenici. cfr https://en.wikipedia.org/wiki/Edward_Hume: „**Edward Chalmers Hume** (May 18, 1936 – July 13, 2023) was an American film and television writer, best known for creating and developing several TV series in the 1970s, and for writing the 1983 **TV movie** *The Day After*.”

3 **Robertus Papazianus** *Robert Papazian*. cfr https://www.armeniapedia.org/wiki/Robert_Papazian: „Emmy-award winning TV and motion picture producer. Spoke about "**Saroyan** and the Stage and Screen," at the 9th Celebrating Saroyan Event at the [San Francisco](#) Public Library. (Sept 17, 2005) He is the CEO of Sunset-Gower Studios formerly Columbia Pictures in [Hollywood](#).”

4 **Nicolaus Meyer** *Nicholas Meyer*. cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Nicholas_Meyer: „**Nicholas Meyer** (* 24. [Dezember 1945](#) in [New York City](#)) ist ein **US-amerikanischer Schriftsteller, Drehbuchautor** und **Regisseur**.”

5 **praecônatiō commerciālis** i.q. angl. *public relations*, theod. *Werbung, Reklame*. Stephen Farber: *How a Nuclear Holocaust Was Staged for TV*. In: [The New York Times](#). 13. November 1983, [ISSN0362-4331](#), Kap.2, S.1,34 ([nytimes.com](https://www.nytimes.com) [abgerufen am 22. Juli 2021]).

emissionis televisoriae spatio unius horae brevius factum est, ut monstrari posset uno tantum vespero. **Meyero invito** Statio ABC deinde etiam alias scaenas ex cinemate exsecuit, quas esse infantibus nimis violentas atque terrificas putaret⁶. Cinemate sic deminuto Meyer et Samuel inter se rixabantur, quia Meyero persuasum erat his deminutionibus cinema partem quandam vi sua privaretur narrandi. Novi conflictus exorti sunt, cum quaedam scaena, ubi infans somniat de bello atomico et clamans e somno excitatur, ex cinemate exsecta est necnon linea quaedam, in qua dictum est conflictum exasperatum esse propter **ruchetarum Persicarii II** stationem. **Humeus** dixit se vehementer dissentire ab ista mutatione postrema, quia sibi persuasum esset hac lineâ sublatâ tolli cohaerentiam magni momenti, quâ cinema **Diei Postriduan** congrueret cum verâ conditione illius temporis politicâ. Cinema **Diei Postriduan** tandem et definitive perfectum longitudine fuit 128 minutarum⁷.

Michaeli Westmoreo fucatori⁸ mandatum est, ut exhiberet effectûs realísticos, e.g. homines, qui inciderunt in morbum irradiationis, sed ne fabricaret cinema horrificum. **Stu Samuels**, illo tempore vicepraeses Stationis ABC, dixit difficillimum fuisse, quod unâ ex parte effectus belli atomici voluerunt demonstrare, alterâ ex parte noluerunt spectatores post scaenas priores apparatus televisorium sistere.

Confectores cinematis studuerunt etiam cum militibus cooperari, quia egerunt militaribus instrumentis vehiculisque, e.g. helicopteris, ad nonnullas scaenas cinematographandas, sed talis cooperatio non facta est, quia duces militum postulaverunt, ut in cinemate spectatores docerentur bellum atomicum incohatum esse ab Unione Sovietica; sed hoc recusatum est a **Nicolao Meyero** scaenotheta eiusque grege cinematographico, quia voluerunt in cinemate suo quaestionem auctoris belli manere inexplicatam; se velle animos maximê attendere ad fortunas hominum generis simplicis humilisque tractandas⁹.

Margo historica

Annus 1983, quo **Cinema Diei Postriduan** est confectum, particeps fuit phasis tensionum, quae fiebant inter Civitates Unitas et Unionem Sovieticam. Mense Septembri a.1983 **Stanislaus Petrovius** officarius Unionis Sovieticae, quâ fuit animi praesentiâ et audaciâ, impedivit, ne erumperet bellum atomicum. Quem virum Rutenum intrepidum verisimile est errore sovietici **systematis praemonitorii** cognito impedivisse, ne fieret bellum nucleare. Mense Novembri ineunte factum est exercitium Natonis militare, quod appellatum est „**Sagittarius habilis**“¹⁰, in quo simulatum est bellum inter duas superpotestates usu armorum atomicorum incluso.

⁶ Facebook, Twitter, Show more sharing options, Facebook, Twitter: ['Day After' Still Volatile After 6 Years](#). 12.Januar 1989, abgerufen am 22.Juli 2021 (amerikanisches Englisch).

⁷ Stephen Farber: *How a Nuclear Holocaust Was Staged for TV*. In: [The New York Times](#). 13.November 1983, [ISSN0362-4331](#), Kap.2, S.1,34 ([nytimes.com](#) [abgerufen am 22.Juli 2021]).

⁸ **fucator**, -oris m. Maskenbildner.

⁹ Stephen Farber: *How a Nuclear Holocaust Was Staged for TV*. In: [The New York Times](#). 13.November 1983, [ISSN0362-4331](#), Kap.2, S.1,34 ([nytimes.com](#) [abgerufen am 22.Juli 2021]).

¹⁰ »**Sagittarius Habilis**«, i.e. „Able Archer 83“.

E documentis, quae nonnullis annis ante sunt publicata, apparet duces Unionis Sovieticae timuisse, ne *Sagittarius Habilis* esset titulus *impetui* occidentis *praeventivo*¹¹ praetensus.



Minuteman John Parker
i.e. Vir Paratissimus Iohannes Parker
Lexingtonianus



Rucheta Paratissima, quae appellatur
„Minuteman“



RUCHETA PERSICARII II

11 +**praeventivus**, -a, -um: https://manuscripta.at/hs_detail.php?ID=35514: manuscripta.at Mittelalterliche Handschriften in Österreich cfr 40v Accidens morbi est triplex scilicet **praeventivus** ut rigor concomitans ut dolor capitis

Eodem mense Civitates Unitae coeperunt statuere *ruchetas Persicarii II*¹² (in quadam scaena cinematis ineuntis alluditur ad hanc rem)¹³. **Ronaldus Reagan**, illo tempore Praeses Civitatum Unitarum, quondam histrio, putavit fieri posse, ut Civitates Unitae ex Bello Atomico *evaderent victrices*. Qui cum d.10. m.Oct. a.1983 cinema Diei Postriduanum in *Campo Davidiano* spectavisset, gravissime consternatus est. *Reaganus* in autobiographia sua refert, hoc cinemate spectato animum suum esse tam vehementer depressum, ut thema novâ ratione consideraret¹⁴.

Receptio cinematis

Hoc cinema a multis hominibus spectata est; cum d.20. m.Nov. a.1983 primum omnium monstraretur, a pluribus quam centum milionibus hominum est spectatum. De eiusdem argumentis alii aliter disputaverunt. Commentatores conservativi, velut **William F. Buckley, Jr.** Hoc opus vituperaverunt, cum *Georgius Shultz* Ronaldi Reagani minister rerum externarum opinaretur ex hoc cinemate evidenter apparere, quanti momenti esset *ratio Americae politica deterrendi*. Adversarii armorum atomicorum hoc cinema laudantes a.1984 in certamine praesidis eligendi conati sunt eodem usi quaestioni disarmandi maximam vim attribuere. *Nicolaus Meyer* autem ipse scaenothetes negavit se hoc cinemate conficiendo voluisse ullum nuntium politicum spectatoribus afferre, sed nihil demonstrare voluisse nisi bellum atomicum, si umquam fieret, maximo damno fore omnibus¹⁵. *Meyer* autem in colloquio interrogatus: „[Hoc cinema] oportet“ inquit, „habeatur pro notificatione, quae fiat in radiotelevisione publico-iuridica. Si quod bellum atomicum fieret, plus minusve hoc modo ageretur“¹⁶. A.2011 *Meyer* dixit se speravisse cinemate Diei Postriduanum publicato impeditum iri, ne *Ronaldus Reaganus* illo tempore Praeses Americae iterum eligeretur¹⁷. e quadam disquisitione facta verisimile est concludere hoc cinemate homines non aliter opinari de armis atomicis, sed melius intellexisse, quanti essent effectûs belli atomici¹⁸.

12 +**ruchēta Persicārīi**: *Pershing*: cfr <https://ccspacemuseum.org/artifacts/pershing-i-nose-cone/>;...The Pershing I was the first solid fuel Medium Range Ballistic Missile to be deployed by the U.S. Army. **The Pershing was named after General “Black Jack” Pershing, General of the Armies.** The replacement for the Redstone MRBM, it was the Army’s big stick until the deployment of the Pershing II in 1958...“ --- Nomen gentilicium “Pershing“ = https://www.familysearch.or/en/_surname?surname=pershing: „Americanized form of German *Pfersching*: metonymic occupational name for a grower or seller of peaches, from Middle High German *pfersich* ‘peach’ (of Latin origin; see *Persico*). The surname *Pfersching* is very rare in Germany, where it is found in Baden-Württemberg. In the past it was also found in Alsace, France, but has died out there.“

13 *Facing nuclear reality, 35 years after The Day After*. In: *Bulletin of the Atomic Scientists*. Abgerufen am 22.Juli 2021 (amerikanisches Englisch).

14 Ronald Reagan, Autobiographie: *Erinnerungen. Ein amerikanisches Leben*. Propyläen, Berlin 1990, ISBN 3-549-07227-9. - „How Ronald Reagan Learned To Start Worrying And Stop Loving The Bomb“ Bericht im *Empire*, 2010.

15 *The Day After traumatized a generation with the horrors of nuclear war*. Abgerufen am 22.Juli 2021 (amerikanisches Englisch). - Facebook, Twitter, Show more sharing options, Facebook, Twitter: *'Day After' Still Volatile After 6 Years*. 12.Januar 1989, abgerufen am 22.Juli 2021 (amerikanisches Englisch).

16 Hannah McBride: *The TV movie that terrified America*. Abgerufen am 22.Juli 2021 (englisch).

17 Paul Bond: *TV executives confirm Hollywood's liberal agenda*. In: *Reuters*. 2.Juni 2011 ([reuters.com](https://www.reuters.com) [abgerufen am 22.Juli 2021]).

18 Stanley Feldman, Lee Sigelman: *The Political Impact of Prime-Time Television*: „The Day After“. In: *The Journal of Politics*. Band 47, Nr.2, 1985, ISSN0022-3816, S.556–578, doi:10.2307/2130896, JSTOR:2130896.

Hoc cinema, quod explicitê eo fine compositum erat, ut magnam vim haberet ad homines quam plurimos, primum omnium *cinema Aquifolietanum*¹⁹ fuit, quo effectûs talis impetûs atomici sunt monstrati. Ut cinema aptum esset ad gustum atque intellectum quam plurimorum hominum necnon ad condiciones televisionis specificas, fabula spectat ad americanum tantum populum nec monstratur mors personarum praecipuarum. Fabula cum compluribus septimanis post impetûs nucleares finiatur, praecipue spectat ad effectus brevi spatio initiali apparentes. Effectus posteriores, velut hiems nuclearis, leviter tantum attinguntur.

Aliter ac in cinematibus, quale fuit *Top Gun*, quae liberaliter fovebantur a militia Civitatum Unitarum, Mayerianum inceptum cinematographicum iam in antecessum Pentagonicis tantopere displicuit, ut dicantur conatos esse impedire, ne Cinema Diei Postriduanum componeretur.

Aliis in terris hoc cinema primo in cinemateis monstratum est. In Germaniâ spectatum est a 3,6 milionibus hominum.



EMMY
PRAEMIUM TELEVISIFICUM
AMERICANUM

Praemia quibus „DIES POSTRIDUANUS“ est exornatus

- A.1983 hoc cinema effectuum et sonorum causa ornatum est duobus *Praemiis Emmyanis*²⁰ Decem in categoriis aliis nominatum est pro *Praemio Emmyano*.

19 *cīnēma *Aquifoliētānum i.q. angl. *Hollywood movie*; theod. *Hollywoodfilm*. +Aquifoliētum, -ī n. *Hollywood*. cfr Bernhard Schlink, *Recitator* (orig. *Der Vorleser*), in *Latinum convertit Nikolaus Groß*. Editio prima in domo editoriâ, quae appellatur LEO LATINUS. Senden in oppido Bavariae Suebicae a.2012, p.208. Aquifoliētum, -ī n. *Hollywood*. Aquifoliētum (anglicê: *Hollywood*) est pars **Angelopolis** (*Los Angeles*), ubique terrarum nôta, praesertim cum sit sedes multarum societatum cinematographicarum. Nomen „Hollywood“ ducitur ab „holly“, quod est anglicum nomen aquifolii (quae planta botanico nomine dicitur *Ilex aquifolium* et spectat ad familiam *Aquifoliacearum*. cfr *Jacques André*, *Les noms de plantes dans la Rome antique*, Paris 1985, p.22: „**aquifolium**, -i n. usuel; aquifolia, -ae f. (Pline, 24,116); acrifolium, -i n., Marc.med. 30,65; Pline, med. 3,1,3, etc.; agrifolium, -i n. Pline, Val. 2,28; „à feuille piquante“ **Houx** (*Ilex aquifolium* L.).“ - In Orbe Latino, *Lexico geographico Theodori Graesse et Friderici Benedict*, quidam vicus francogallicus appellatur nomine Aquifolietum: *Orbis Latinus* p.21: „Aquifolietum, la Houssaye, D.(orf), Frankreich (Seine-et-Marne).“ - *Carolus Egger*, *Latinitas* 57,116 regionem illam Angelopolitanam appellat *Acrifolietum. Addit nomen *Ruscusilvae*, quod non quadrat, nam *ruscum* alia planta, quae spectat ad familiam *Asparagacearum*: v. *Jacques André*, op.mem., p.221 s.v. *ruscus*, i f.: „...Fragon, Petit-houx (*Ruscus aculeatus* L.), Virg.B.7,42; G.2,413; Col.10,374;12,7,2; Pline 21,86...“

20 cfr <https://de.wikipedia.org/wiki/Emmy>: „Der **Emmy Award**, vereinfacht die **Emmy**, ist der bedeutendste Fernsehpreis der **Vereinigten Staaten** und – neben dem **Academy Award** (Oscar) für **Film**, dem **Tony Award** für **Theater** und dem **Grammy Award** für **Musik**– einer der vier großen Preise der US-amerikanischen **Unterhaltungsindustrie**. Er wird seit **1949** jährlich für die abgelaufene Fernsehseason in mittlerweile über 90 verschiedenen Kategorien vergeben.“

- In Re Publicâ Foederali Germaniae hoc cinema ornatum est **Praemio Othonis Aureae**²¹, quia in cinematêis Germaniae spectatum est a tribus milionibus hominum.
- **Doug Scott** histrio, qui personam gessit ipsius **Danny Dahlberg**, accepit **Praemium Artificis Iuvenis** („*Young Artist Award*“).

Recensiones criticae

„Hoc opus adversus quosdam defectûs dramaturgicos subsidiis telecinematis americani factum est valdê efficax, sed inscaenatio minus argumentatur quam efficit timorem. Tamen eo quod hoc cinema thema tractat sine ullo compromisso, confert ad discussiones fovendas.“

– **Lexicon cinematis internationalis**²²

„Hôc cinemate adhuc timor nobis inicitur.“

– **MaryAnn Johanson, 2005**²³

Trivialia

Idem thema a.1984 fuit argumentum cinematis Britannici, c.t. **Fila (rubra)**²⁴ et a.1986 cinematis, c.t. **Quando ventus flat**²⁵.

Nonnullae scaenae Diei Postriduani excerptae sunt ex cinemate documentario a.1979 confecto, c.t. **Impetus praeventivus**²⁶, quo agitur de ficticio impetu necopinato Unionis Sovieticae in Civitates Unitas factio.

Die Bezeichnung „Emmy“ soll die weibliche Personifizierung von „Immy“ darstellen, dem englischen Spitznamen für die [Bildaufnahmeröhren](#) (*image orthicon tubes*) früherer [Fernsehkameras](#)...

21 **Óthonē Aurea** „die goldene Leinwand“. ***othonē**, -es f. (*cīnēmatēi) i.q. neogr. οθόνη, palaeogr. ὀθόνη; theod. (*Kino-*)*Leinwand*; angl. *screen*. ***othonam** denominemus *visificium *cīnēmatēi. Alia visificia sunt: ***visificium** ***televīsōrii** (*TV screen*), ***visificium** ***computātri** (*computer screen*), ***visificium** ***sophophōni** (*smartphone display*). cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Goldene_Leinwand: „Die **Goldene Leinwand** ist ein Filmpreis, der für Filme verliehen wird, die in Deutschland kommerziell erfolgreich sind. Außerdem wurde bisher 19 Mal eine *Goldene Leinwand für besondere Verdienste* an Persönlichkeiten oder Institutionen der Filmbranche vergeben...“

22 *The Day After – Der Tag danach*. In: *Lexikon des internationalen Films*. [Filmdienst](#), abgerufen am 2.März 2017.

23 MaryAnn Johanson: *The Day After. Threads, Testament, and Special Bulletin (review)*. In: *FlickPhilosopher*. 6.August 2005, abgerufen am 5.April 2009 (englisch): „still terrifying as hell“

24 cfr [https://en.wikipedia.org/wiki/Threads_\(1984_film\)](https://en.wikipedia.org/wiki/Threads_(1984_film)): „*Threads* is a 1984 British-Australian [apocalyptic war drama](#) television film jointly produced by the [BBC](#), [Nine Network](#) and Western-World Television Inc. Written by [Barry Hines](#) and directed and produced by [Mick Jackson](#), it is a dramatic account of nuclear war and its effects in Britain, specifically on the city of [Sheffield](#) in [Northern England](#). The plot centres on two families as a confrontation between the United States and the [Soviet Union](#) erupts. As the nuclear exchange between [NATO](#) and the [Warsaw Pact](#) begins, the film depicts the medical, economic, social and environmental consequences of nuclear war.[2]...“

<https://www.youtube.com/watch?v=pc47TGN5EnQ&list=PLZpIY10qR2sJO13JOF6Yry50Oc1Ymg4iT&index=1> 1/3 Threads Movie 1984 BBC Nuclear War Documentary Drama - https://www.youtube.com/watch?v=b2_c2zaSDgU&list=PLZpIY10qR2sJO13JOF6Yry50Oc1Ymg4iT&index=2 - 2/3 Threads Movie 1984 BBC Nuclear War Documentary Drama - <https://www.youtube.com/watch?v=SQPbtKHE4aM&list=PLZpIY10qR2sJO13JOF6Yry50Oc1Ymg4iT&index=3> - 3/3 Threads Movie 1984 BBC Nuclear War Documentary Drama

25 cfr [https://en.wikipedia.org/wiki/When_the_Wind_Blows_\(1986_film\)](https://en.wikipedia.org/wiki/When_the_Wind_Blows_(1986_film)): „*When the Wind Blows* is a 1986 British [adult animated disaster film](#) directed by [Jimmy Murakami](#) based on [Raymond Briggs' graphic novel of the same name](#). The film stars the voices of [John Mills](#) and [Peggy Ashcroft](#) as the two main characters and was scored by [Roger Waters](#). The film recounts a rural [English](#) couple's attempt to survive a nearby [nuclear attack](#) and maintain a sense of normality in the subsequent [fallout](#) and [nuclear winter](#).[3]“

26 cfr <https://www.youtube.com/watch?v=7I3mMzLZuY>: "First Strike" (1979) Cold War / WWII Nuclear Attack Docu-Drama

M. Iul. a.2018 in interreti edita est huius cinematis sectura cruda; iam diutius rumores percrebuerant, secundum quos exstaret *altera versio huius cinematis* multo magis drastica, quae numquam esset publicata. Ista *sectura cruda*²⁷ continet nonnullas scaenas novas necnon spatia longiora quarundam scaenarum, quae cinemati iam insunt. Sectura cruda continet 15 ferê plures minutas materiae cinematographicae quam prima versio cinematis.

His spatiis secturae crudae insunt numerosae scaenae integrae, velut discussio ethica medicorum atque nosocomorum, in qua disceptatur, utrum homines irradiatione moribundi adhuc curandi essent medicamentis, quorum copia iam esset valde parva. Aliis scaenis versionis alterius argumentum cinematis publicati prolongatur: Cum in cinemate officiali fatum familiae Dahlbergiana manet incertum, scaena secturae crudae monstratur, quomodo alumnus academicus, qui habitat apud Dahlbergios, postquam cum filia aegrotissima et filio caeco nosocomium frustra iniit, ad praedium reversus animadvertit ibidem neminem iam vivere.

Haec sectura cruda non est officialiter publicata nec in interreti spectari potest nisi parum bene spectabile²⁸.

Ligamina interretialia

- [The Day After – Der Tag danach](#) bei [IMDb](#)
- [The Day After – Der Tag danach](#) bei [AllMovie](#) (englisch)
- [The Day After – Der Tag danach](#) in der [Online-Filmdatenbank](#)
- [The Day After – Der Tag danach](#) bei [Rotten Tomatoes](#) (englisch)
- [Facing nuclear reality – 35 years after The Day After](#). In: [TheBulletin.org](#) (englisch)



SYMBOLAM WIKIPEDIANAM QUA AGITUR DE CINEMATE C.T.

DIES POSTRIDUANUS

(*The Day After*)

LATINE REDDIDIT

LEO LATINUS

²⁷ **sectūra crūda** angl. *rough-cut*; theod. *Rohschnitt*.

²⁸ Markus Haage: [Kleine Sensation: Rough Cut von "The Day After" im Netz aufgetaucht!](#) In: [Neon-Zombie.net](#). Markus Haage Medien, 8.Juli 2018, abgerufen am 9.Juli 2018.

ECHUS VOCES EPISTULAE

GAIUS LICOPPE NESTOR ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE

d.09. m.Iun. a.2024 h.01:03

NICOLAUS GAIUS SUO OPTIMO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

Gai carissime, ut vales? Lēgi te valetudinis causâ non posse iter facere Romam; utinam interim reconvalueris! - In appendice invenies Colloquium Thomae Praeconis (Praeco = vulgo 'Röper' = (Aus)rifer') cum Romano Cellario (*Roman Zeller*) **DE RUSSIA RUSSISQUE** habitum. - Tolle lege ad obrussam exige verba Praeconis et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. - Basilicê vale et perge mihi favere.

Medullitus te salutat NICOLAUS

d.09. m.Iun. a.2024 h.10:54

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

Absentiae causa non fuit valetudo mea, sed matris Franciscæ, quæ grandaeva apud nos nunc vivit. Legi longam symbolam a te missam. Tantum est "propaganda" autocratici regiminis istius Vladimiri Putin, de quo in *Melissae* fasciculo 236 longam symbolam divulgavi ut lectores scirent eum iam a iuventute sceleratissimum hostem esse democratiae et civitatum Orbis Liberi. - In mente habere debemus id quod negari non potest, autocratam scilicet Putin bellum intulisse in Ucrainam, civitatem sui iuris et democraticam, Nationum Unitarum sodalem, quæ Russiae minime minabatur. Ucraini fortiter se defendunt, valde timentes ne in dicionem istius autocratæ cadant. Occidentales paulatim intellegunt eum alias vicinas civitates etiam aggressurum esse, si in Ucraina victor evaserit. Plura respondere necesse non est. **Cura ut valeas.**

d.09. m.Iun. a.2024 h.12:59

NICOLAUS GAIUS SUO OPTIMO S.

Gratias plurimas pro responso tuo, quod publicabo in proximâ Epistulâ Leoninâ. Pro certo habes Ucrainam esse civitatem sui iuris et democraticam et bello defendere suam totiusque Europae libertatem contra Russum tyrannum. Haec est opinio diurnariorum communis, quam die noctueque audimus ex omnibus canalibus nuntiorum aures nostras influentem, legimus in omnibus ephemeridibus oculos nostros impellentem. - Habeas tibi. Non es solus in hac thesi defendendâ, multa milia diurnariorum et politicorum tibi assentiunt. - Tamen sunt nonnulli qui pro certo habeant Ucrainos minimê esse sui iuris, sed iuris Americanorum, *Selenskium* (qui non iam fungitur munere praesidis, quia periodus est finita, nec instituit suffragia nova) nihil esse nisi neurospaston Civitatum Unitarum, quæ officio suo secreto (CIA) a.2014 *Revolutionem Maidanensem* ficticiam subornaverint. Ucrainam minimê esse democratiam sed dictaturam iniustissimam, ubi nulla valeat libertas diurnariorum, ubi nulla est oppositio politica, ubi homines mediâ in viâ versantes, pueri, puellae, senes aniculaeque biocolytis secretis comprehenduntur et coguntur, ut sine ullo tirocinio in fossis militaribus emoriantur pabula cannonum. Hoc bellum nequaquam fieri ad democratiam defendendam, sed ad hegemoniam et oeconomiam Americanorum fovendam. Nam eosdem non pati velle potestatem Russorum et Sinensium augescentem. - Duobus annis elapsis clarê patet Russiam nullo modo posse devinci aut debilitari ab Ucrainâ, quamvis armis et pecuniâ et institutoribus et a generalibus Natonis clandestinis Americanorum Europaeorumque iterum iterumque adiuta sit et saburrata. E contrario in Russiâ oeconomia prosperior est quam umquam antea. Ceterum Russia nequaquam est insulata: maior pars incolarum globi terrestris potius favet Russiae et Chinae quam Occidentalibus. - Miserrimi omnium sunt Ucrainii, quorum terra (divitiis naturalibus abundans) devastatur et hominibus orbatur. Quonam fine? Ut Ucraina fiat membrum Natonis! Nisi Ucraina

ante 10 ferê annos ab Americanis incepta esset armis farciri, sed neutralis mansisset, hodie esset terra multo tranquillior et prosperior, immo fortasse ipsâ neutralitate suâ (quadamtenus Helvetiae statui simili) florentissima. Nunc quia promissa mendacissima Americanorum secuta est - similior fit desertis Saharanis quam "*Conditorio Frumenti Europae*". - E contrario nunc fit, ut Americani (sine ullâ amissione militum propriorum) defendant "*valores occidentales*" contra pessimos Russos infernalemque suum tyrannum "*usque ad ultimum Ucrainium*": Ucraina erit libera, incolae Ucrainae mortui... More medicastrorum: *Operatio successit feliciter, quamquam patiens est mortuus*... - Nec nos ceteri Europaei facinoribus Americanorum multo feliciores sumus quam Ucrainii. Sumptibus armorum in Ucrainam (frustra) missorum necnon sanctionibus absurdissimè suicidalibus periculum est, ne prorsus decoquamus. Periculum autem in dies maius est (stultis et vanis minis *Macronii* et *Cameronii*), ne bellum expandatur ad reliquas terras Europae. Si - quod Deus avertat - res progredietur usque ad usum armorum nuclearium - valebunt illa duo proverbia annis septuagenariis et octogenariis notissima, interim oblivione obtecta:

1. Qui primo ruchetas iaculatus erit, morietur secundus. 2. Superstites invidebunt mortuis. -

Americae gubernatores (ut accuratius dicamus: non miserculi cives Americae, quos nequaquam puto improbiores esse quam alias gentes, sed i.q. dicitur "*Complexus Militari-Industrialis*" (de quo iam monuerunt *Eisenhower* et *Kennedy*) aut "*Civitas Profunda*", iam pridem somniant de "*Bello Theatrico*" in Europâ - non in "*Terrâ Dei ipsius propriâ*" - saeviente. Se ipsos frui spectaculo apocalypsis Europae et postea nobis praescribere novum *Consilium Marshallianum*. Quod somnium est satis impium, sed iam saepius et palam descriptum. - Haec hactenus de sententiâ alterâ: Tu defendis thesin (quam laudant 99% politicorum et diurnariorum!) - ego defendo antithesin (quae placet perpaucis aliquatenus similibus incolis viculi illius, qui incolitur ab *Asterige* atque *Obelige*....) - Tamen, amice carissime, nulla sit discordia inter nos: Nam pro certo habeo nos unâ ex parte nullo modo valere ad res Ucrainenses decertandas, alterâ ex parte nos vinculo humanismi coniunctos de rebus Latinis consentire et collaborare firmissimè et indefatigatissimè..

Utinam tu, care Gai, et Francisca feliciter degatis hunc Diem Dominicum necnon dies innumeros...

Medullitus vos salutat Nicolaus Leo Latinus

d.10. m.Iun. a.2024 h.13:55

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

De opinione communi numquam curo nec raro evenit ut sententia mea valde contraria sit communi opinioni. - Ut in praecedenti epistolio dixi, verba mea nituntur factis, quae omnibus patent.

A primo die quo praeses Russiae electus est, Putin statuit Ucrainam in dicionem suam redigere. Imprimis conatus est Ucrainam Russiae vassalam facere, eodem modo ac Russiam Albam sub tyrannico iugo clientis sui Lukachenko. Initio in Ucraina quoque praeses Ianukovytych cliens Putini fuit; qui praeses anno 2013 voluit Ucrainae consociationem cum Unione Europaea permutare in nexum cum Russia. Hoc decretum statim excitavit tam vehementes populi motus, ut rebelles cruentis pugnis valuerint praesidis custodiam superare et Ianukovytych fugare; postero die parlamentum eum destituit. Hic dies anni 2014 inde vocatur Maidan, Festum Dignitatis.

Putin iratissimus statim Ucrainae intulit bellum et Chersoneso Taurica sine pugna potitus est. Hitleri instar paulisper exspectavit; cum Unio Europaea verbis tantum reclamaret, in dicionem suam, insidiosè primum, redigere coepit duas provincias orientales Ucrainae. Tunc, Europaeis, solito more, vehementioribus tantum verbis reclamantibus, Putin nihil iam timens conatus est suo exercitu tota Ucraina potiri. - Feliciter eventa non ignorabat USA praeses Jo Biden, cui, cum ab anno 2009 vicepraeses praesidis Obama erat, licuit videre Russiam, breviter pacificam post URSS anno 2001 dissolutam, iterum fieri bellicosam, duce novo autocrata. Sopito Foedere communis Occidentalium defensionis OTAN sive NATO expergefatto, Americani (praesertim) et Europaei auxilium Ucrainis ferunt pecunia et armis. - Valde mihi displicet Europaeos maledicere de USA; certe bene scio Americanos non esse angelos, sed angeli sunt in caelo et in Terra tantum sunt homines, inter quos discernere oportet amicos ab hostibus. Americani sunt amici Europaeorum, quos liberaverunt ab

Hitleri sanguinaria tyrannide. Fastuosa celebratione his novissimis diebus commemorata est extraordinaria expositio exercitus Americanorum in Normanniam occupatam ante 80 annos facta; ibi 110.000 ex eis perierunt et in magnis coemeteriis in aeternum quiescunt... **Cura ut valeas.**

d.12. m.Iun. a.2024 h.22:57

NICOLAUS GAIO SUO AMICO DILECTISSIMO NESTORIQUE MAXIME SPECTABILI SAL.PL.

Gratias maximas, mi care Gai, pro litteris tuis, quas cum maximê aestimem libentissimê includam Epistulae meae Leoninae proxima. - Tu magni aestimas et defendis Americanos eorumque Praesidem. Ne umquam fiat commercium epistularum nostrum nimio consensu taediosum, mitto tibi virum Americanum Americae eiusque Praesidis vituperatorem acerrimum, Russiae eiusque Praesidis laudatorem flagrantissimum: Nam VARIETAS DELECTAT.

Tu credis Putinum invasisse Ucrainam solâ cupiditate dominandi et velle more Napoleonis et nefandi illius Austriaci ducis Germaniae omnium pravissimi totam Europam sub iugum mittere; e contrario *Varolius hic Americanus* pro certo habet re verâ Americam unâ cum vasallis suis Natonianis inde ex anno 2014 Ucrainam sibi *de facto* subactam et armatam praeparasse ad *bellum vicarium (proxy-war)* contra Russiam gerendum. Bellum reverâ non a.2022 demum incohatum esse, sed iam a.2014 (*putativâ "Revolutione Maidanensi"* a CIA subornatâ); postea enim *Regimen Chiovense* Americanis obnoxium (*Selenscium* nihil esse nisi scurram et histrionem personam Praesidentis gerentem, necnon neurospaston Americanorum quorum mandatu patriam suam tyrannico more subiecerit et tam sedulê expilaverit, ut interim sit miliardarius) Ucrainae bellum civile intulisse eo, quod *Donbassum (Regionem Hyrgiticam) aliasque regiones russophonas* iterum iterumque telis iniciendis vexavisset. Ergo verum aggressorem non esse *Putinum*, sed gubernationem Americanam vasallis et subadiuvis callidê et sine ullo scrupulo usam.

Tolle lege mirare: Nam ea quae *VAROLIUS* refert *de RUSSIA*, non invenies in solitis ephemeridibus occidentalibus, quarum diurnarii *Regimini Transatlantico* subiecti ferê omnes sunt *RUSSOPHAGI* exacerbatis. Hic *VAROLIUS* est *v e r u s (! neque Soros neque Gates!)* *p h i l a n t h r o p o s russophilotos*. - Denique te rogo, humanissime, ut *Novaculâ Occamianâ* instructus perlegas relationem Varolianam et scribas mihi quidquid tibi in buccam pervenerit *de itinere Russico Iohannis Varolii Americani summâ Russophilâ imbuti viri certê haud indocti*.

Haec hactenus breviter; mox, si volueris libenter plura. Basilicê atque pancraticê vale et perge mihi favere. **Medullitus te salutat NICOLAUS.**

d.15. m.Iun. a.2024 h.16:38

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

De his quaestionibus ante paucos dies iam dilucide respondi neque quicquam est addendum. "Varietas delectat", dicis, sed hoc tantum verum est si cum historica veritate non commiscuntur "fake news", id est mendacia. Iste miser Americanus diurnarius manifesto corruptus est a Putino, qui, ut iam diu patet, effrenatam pecuniam erogat ad corrupendos multos homines Occidentales; non sine causa circiter 300 miliarda dollariorum collocavit in Occidentalibus argentariis. Curat ut haec pecunia scite distribuatur per societates benigno scopo dissimulatae. **Cura ut valeas.**

d.15. m.Iun. a.2024 h.22:41

NICOLAUS GAIO SUO OPTIMO S.

Gratias multas pro responso tuo. Iam scio tibi persuasum esse *Putinum* esse tyrannorum omnium pessimum. Certê ab omnibus gubernationibus multa narrantur mendacia et fit praeconatio propaganda - sed quare credis Russicam esse unicam, quae talibus vitiis sit affecta? Unde scis nuntios occidentales esse semper obiectivos, nuntios Russicos semper esse propagandam? Russia hodierna non iam est pars Unionis Sovieticae. Itinerarium Varolianum mihi videtur esse sincerê scriptum necnon Thomas ille Praeco mihi non videtur esse propagandista Putini. - Qui Praeco iam ex 25 annis vivit in Russiâ, cottidie colloquitur cum multis Russis variorum stratorum societatis.

Ceterum permultos nuntios russicos officiales (TASS) cottidie convertit in theodiscum et publicat in histologio (*blog*) suo. Ex his nuntiis concludo Russos diurnarios multo ieiunius et obiectivius scribere quam plerosque diurnarios nostros Germanos. Russi non solent ūti praeiudiciis moralibus, sed sōla facta referunt et relinquunt lectori iudicium. Ceterum refertur a variis hominibus occidentalibus, qui noverunt televisionem russicam, spectacula colloquendi televisifica ibidem semper directē (*live*) emitti, non post receptionem (falsabilem) neque umquam participibus praescribi, quid sibi liceat loqui in emissione. - *Iohannes Varolius ille Americanus* similiter sentit de *Bidenio* ac tu sentis de *Putino*. Quare pro certo habes *Varolium* corruptum esse et mentiri mandatu Putini? - Sed nunc invenies in appendice novam symbolam quae spectat ad REVELATORES. Unus ex iisdem ab gubernatione suâ fugatus est, quia scelera illius Agenturae Securitatis Nationalis (NSA) publicaverat. Unica terra quae eum recepit fuit *RUSSIA*. Interim îdem *Eduardus Snowden* a *Vladimiro Putino* civitate Russicâ donatus est... - Quid tibi videtur De *Iuliano Assange*, quid de *Seymour Hersh*? Iidem sunt *diurnarii investigativi*, qui magnâ cum audaciâ patefecerunt ingentia scelera *Civitatum Unitarum Americae*. Quid de iisdem sentis? - Lege symbolam DE REVELATORIBUS scriptam et postea scribe mihi quidquid in buccam tibi venerit... Exspecto sententiam tuam magnâ cum suspensione animi. - Vale pancraticê et perge mihi favere. **Medullitus te salutat NICOLAUS.**

d.17. m.Iun. a.2024 h.15:58

Gaius Nicolao optimo s.p.d.

Ultimum de his quaestionibus tibi respondebo; mihi enim non desunt opera perficienda et suscipienda; tempus est pretiosum. Cura ut valeas.

Perseveras, Nicolae, sed "perseverare diabolicum est"! Non puto apud Occidentales omnes nuntios esse obiectivos, ut patet ex nuntiis quos divulgas; hoc tibi licet propter libertatem, qua fruimur in Orbe Libero. In Russia non liceret maledicere de Putino. Oportet ergo inter nuntios in Occidente divulgatos discernere obiectivos, id quod diligenter facio. URSS suppressa est anno 1991, sed KGB, ad quod pertinet Putinus, clanculum supervivere potuit, ut in Melissa iam fuse narraui. Putinus valde desiderat URSS atque eam patienter restituit, ut patet ex recenti resurrectione "complexus militari-industrialis"; hic complexus post URSS finem convertebatur in industriam pacificam, sed Putinus ei gradatim reddidit suum scopum militare, praesertim quia eius "operatio specialis" facta est diuturnum bellum. - Eduardus Snowden, Americanus diurnarius, divulgavit statalia secreta e quibus patebat USA informaticae speculari etiam socios suos Europaeos; sodalis noster Joannes Carolus Rossi mihi iam diu denunciavit Americanum systema "Gladius"; hoc certe displicet, sed, si Unio Europaea meliorem efficacitatem haberet, huiusmodi speculationem impediret. Americani, optimi socii, tamen sunt competitores non paucis in rebus; Europaei Unionem habent, oportet eam fortiorem reddant. - Cum Snowden in USA condemnatus est, aufugit et hospitium a Francogallia petivit, quod negavit socialista praeses Hollande. Putin contra eum accepit et fecit civem Russum. Certe Snowden idem non faciet in Russia ac in USA fecit, si quidem vivere vult. - Iulianus Assange, Australianus informaticus, tantum 16 annos natus "*hacker*" iam erat, quo Latine significatur "pirata"; piratae informatici consulto nocent alicui instituto vel societati. Post huiusmodi delictum, custodia specialis eum detegit et condemnatus est, sed satis leviter propter eius adulescentiam miserabilem. Vir eximiae intellegentiae, programmata informatica ipse scribit et cum aliis cooperatur ad alia conficienda. Anno 2006 in Islandia *Wikileaks* creat, organismum sui iuris non quaestuosum; ibi valuit copiam secretarum informationum Americani Pentagoni surripere (*Pentagon leaks*), quas in publicum divulgavit; hoc a regimine Americano aestimatur excedere libertatem preli, quare eius extraditionem postulant, ut ius ei dicatur. Assange non putat se malefacere; est anarchista, qui privatos protegere conatur contra status speculationem. Notandum est eum asylum non petivisse a Putino. Nonnullos pueros genuit, inter quos unum Francogallum. Londinii, ubi refugium habebat in legatione Aequatoris, bis insemnavit suam advocatam, quam anno 1922 uxorem duxit.

d.17. m.Iun. a.2024 h.19:05

NICOLAUS GAIO SUO OPTIMO S.

Gratias ineffabiles, Gai carissime. Minimê tibi molestias volui facere. - Rogaveram te, ut Lectoribus scriberes, quid sentires de argumentis symbolarum tibi missarum. Hoc nunc fecisti et gratias tibi ago maximas. Nullo modo postulavi, ut aliis assentireris et bene scio te humanistam aliis permittere, ut de hac aut de illâ re aliter sentiant ac tu. Disputatio et discussio non sunt assentatio. Argumenta tua libentissimê divulgabo. - Vale semper basilicê atque pancraticê. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

ALEXIUS SCATEBRANUS SIVE SOLOPOW MOSCUENSIS

d.10. m.Maii a.2024 h.11:38

NICOLAUS LEO LATINUS ALEXIO SCATEBRANO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

Honorabilis Scatebrane, quid fit, quid agitur? Accepistine Epistolam meam Leoninam 288? Cui inest textus acroaseos meae zoomianae, quam feci de novis verbis confingendis. Ibidem commemoravi etiam Indicem tuum neologismorum rutenico-latinum, quem inseruisti operi tuo prolixo, c.t. INITIA ELOQUENTIAE LATINAE. Proximâ in Epistolâ Leoninâ (289) afferam tabellam, cui insunt omnia verba a te proposita, et explicabo, quid mihi videatur de rationibus tuis verba novandi. Ceterum multa habeo, quae ex te velim quaerere, sed non omnia uno in epistolio afferre valeo. Nunc tria tantum ausim te rogare:

- 1) Nomen tuum, q.e. "Scatebranus" unde ducitur? Estne interpretatio Latina nominis tui gentilicii? Estne derivatum ex verbo Latino, q.e. "scatebra,-ae f."?
- 2) Ad patriam tuam denominandam videris praeferre nomen q.e. "Rut(h)enia,-ae f." illi, q.e. "Russia, -ae f.". Quare? Suntne in litteris patriae tuae Latinis nominis prioris plura testimonia et validiora quam posterioris?
- 3) Scribisne adhuc Latinê? Quibus in commentariis soles scripta tua Latina publicare?

Multa mihi restant quaerenda, sed, ut scimus, etiam Roma non uno die est aedificata, et - ut ait Horatius - *dimidium facti qui coepit habet*.

Haec hactenus breviter, mox, si volueris, multo plura. Care Scatebrane, vale pancraticê, et perge mihi favere et scribe quam maturrimê, quidquid tibi in buccam venerit.

Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

d.10. m.Maii a.2024 h.22:51

Alexius Scatebranus Rutenus Nicolao Leoni Latino salutem dicit plurimam.

Primum gratias ago ob fasciculum Epistularum tuarum recentissimum quem nuperrime accepi et legi, et pro benignitate qua opera nostra ac uocabula a nobis nouata, Vir Doctissime, tractasti. Nam iam rogare uolui aliquem, ut tandem conuentum illius Academiae Latinitati fouendae e longinquo factae aliquo modo descriptum acciperem atque tandem de is, quae tum locutus es, certior fierem.

Ad interrogata tua respondere nunc conabor.

Primo, «Scatebranus» est a Latino sane scatebrae uoce ductum, ut nomen «Solopov» redderetur; qua in re nisus sum lexico etymologico a Maximiliano Vasmer scripto et Myrtilleti siue Heidelbergae aa. 1950-1958 edito, ubi in uoce Солпа II (Solpa II) de hac basi (Sclauonice «slapu» i. q. «scatebra») agitur. Ab anno fere 1986 hoc nomine publice utor, nisi me fallit, ex quo Iacobo Borouio diem natalem nonagesimum per epistolam sum gratulatus.

Deinde, Patria nostra et populus noster medio aevo re uera et Russi Russia et Rut(h)eni Rut(h)eni et multis aliis similibus modis uocabatur (uelut Rhos, Rugii, Rusci, Ruzi). Ex quibus Ruteni et Russi sunt nomina frequentissima, quarum prior ortum esse uidetur ex plurali Germanico «Reuzzen» uel similibus; uide, si placet, librum Alex. Nazarenko, Viri Eruditissimi, de rebus rationibusque quae inter Rutenos et alios Europae gentes medio aevo intercesserunt (a. 2001), p. fere 24 (nunc in pandesmo consuli potest https://web.archive.org/web/20120131082057/http://dgve.csu.ru/bibl/Nazarenko_2001.shtml). Fretus sum non nostratium usu (qui uariis aetatibus uariis erat), sed usu aetatis artium renatarum optimorum

scriptorum, qua quidem aetate etiam illi scriptores, qui nostram terram Russiam nominauerunt, monent incolas eius lingua «Ruthenica» uti (ita Ant. Possevinus S.I. in libro suo «Moscouia» dicto, primum Vilnae a. 1586, deinde alibi saepe edito, pulcherrime Latine scripto). Itaque Germani usque adhuc, ut scis profecto, unam huius terrae partem modo «Weißrußland» et «Belorußland» («Belarus»), modo «Weißruthenien» nominant, interque has duas rationes uacillant. Agitur praeterea de paretymologia, qua hoc nomen idem consideratur atque nomen Gallorum gentis (ut Daci pro Danis, Getae pro Gothis et multa similia ponebantur), quae Gallorum gens ap. Caesarem nunc «Ruteni» sine aspiratione, secundum ueterum auctoritatem, scribitur. In usu S.R.E. «mos Ruthenus», per medii aevi orthographiam (itidem quondam «Lithuania» per aspirationem uitio nominabatur).

Tertio, lingua Latina cottidie quidem utor, sed non saepe publici iuris scripta mea facio. Nisi me fallit, recentissimum quod edidi fuit commentatio «De coniectura ad Varronis De lingua Latina libri IX pericopen 113 adnotatio critica recognita» a.2022 edita in miscellaneis «Verus convictor, verus academicus. К 70-летию Николая Николаевича Казанского, Petropoli, pp. 617-622; quae peti potest in inscriptione <https://istina.msu.ru/publications/article/477272375/>, sed fortasse huic epistulae hanc addere poterō. Vt opinor, ad omnia ista quadam ex parte respondi.

Vale pancratice et athleticē!

d.10. m.Maii a.2024 h.23:44

NICOLAUS ALEXIO S.

Gratias ineffabiles, vir doctissime, quod tam promptē atque prolixē respondisti! De singulis universis dicam proximam occasionem nactus; de aspiratione illius "t" consonantis nominis et Ruteniae et Lituaniae quod dicis eandem esse falsam, placet mihi, nam, quantum scio, neque in sermone Rutenico neque in Lituano consonantes aspirari. - Ut ex Catulliano illo carmine scimus, Romanis difficile erat more Graecorum consonantes aspirare; Catullus irridet Romanum pronuntiatum Graecorum nimis cupidē, sed parum aptē imitantem: "*Dixit h-insidias...*". Fortasse illa aspiratio littera falsa indicata simili hyperurbanismo est exorta. - Nomen Scatebrani a te per disquisitionem etymologicam subtilissimam inventum mihi perplacet: valdē sonorum est! Haec hactenus raptim; mox, si volueris, certē plura. Pancraticē vale, mi care Scatebrane, et perge mihi favere. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

d.10. m.Maii a.2024 h.23:46

P.S. Care Scatebrane, gratias pro symbolâ tuâ Varronianâ! Cui insunt multa nomina piscium, quibus semper delector. **NIC.**

d.08. m.Iun. a.2024 h.23.43

NICOLAUS PROFESSORI ALEXIO SCATEBRANO DOCTISSIMO

SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

In appendice, care Alexi, inuenies Colloquium Thomae Praeconis (Praeco = vulgo '*Röper*' = (*Aus*)*rufer*') cum Romano Cellario (*Roman Zeller*) de patriâ tuâ tuisque compatriotis habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba Praeconis et postea mihi scribas, quaeso, quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Ceterum proximâ in Epistolâ Leoninâ Indicem Neologismorum, quos finxisti ("**INDICEM SCATEBRANI**") publicabo notulis adiectis. Pancraticē vale, et perge mihi favere. **Medullitus te salutat NICOLAUS**

d.15. m.Iun. a.2024 h.23:53

Alexius Scatebranus Rutenus Nicolao Gross Leoni Latino Celeberimo s. p. d.

Epistula tua cum apposito colloquio a Te, Vir Doctissime, in Latinum uerso magno fuit nobis gaudio. Excusa tamen, quaeso, tarditatem: non ab ignauia enim oritur, sed a nimis multis quae in Academia mense Iunio, apud nos anni Academici nouissimo, agi debeant. - Ideo non nisi breuissime respondere possum. Homo, qui consulitur, bene rem nosse uidetur, animoque sano sine dubio

praeditus; non nactus sum aliquid absurdum aut commenticium. - Quae fortasse mutauerim, spectant maxime ad res recentibus annis exortas aut ad locos minus notos designandos. - Itaque, ut de locis loquar, initium captum est a nomine Petropolis incolarum, quod tria fere per saecula Latine sonat «Petropolitanus» (ut uerbi gratia ab a. 1991 Iacobus Borouius uel Borovskij, unus ex Vocis Latinae copperatoribus — nempe antea «Leninopolitanus» erat). Deinde mentio fit urbium oppidorumue «Asow» (p. 2), Donetsk (p. 6), Lugansk (p. 6), Zaporozh'je (p. 6), Kherson (p. 7),. Quae omnia in libro meo suis locis recensentur cum nominibus Latinis «Tanais» (Plin. n. h. VI 20; VI 22), «Fornaces Hugoniana», «Pratalia~ium, n. pl.», «Azagarium» (Ptol.), «Nova Cherronesus»; paene omnia per pandesmon in usu sunt, maxime in lexico «Vicipaedia Latina» dicto. In «Mariopoli» tamen prorsus tibi consentio, quod ex eodem libro cerni potest (plenius «Mariopolim Graecorum» urbem nominandam uolui). De «Donbass» usque adhuc nihil boni prolatum uidetur; tamen cauendum est non de Don fluuio (Tanai antiquorum) agi, sed de fluuio qui in Tanim influit («(Severskij) Donets», qui Latine «Hyrgis ~is, m.» (post Herodotum) uocatur: proprie Донецкий угольный бассейн. Fortasse «regio Hyrgitica» (exemplo adiectiui «Tanaiticus»). Pro «Irak» iam pridem (in Voce Latina a 1992, cum a Dryante nostro edebatur) «Mesopotamiam» proposui ac «bellum Mesopotamenum». Si «puella Rutena» est, mulieres quoque «Rutena» esse uidentur (p. 30). - «Americanos» et «Americanenses» quos uocas, se ipsi Latine «Nouanglos» dixerunt (persaepe orthographia «Nov-Angli», multis inscriptionibus saeculi XVIII). Multi «Americanos» non nisi sensu proprio, id est de indigenis incolis (quod Germanice «Indianer») usurpant (ita uerbi gratia Lex. Italicum a Luciano et Traina, a. 1962). - «Harma» meum laeto animo nactus sum (p. 17). «Grex Vicenarius» arrisit; item «uappa» (p. 20) ingeniosissime positum existimo. Haec raptim conscripsi. **Semper bene uale.**

d.16. m.Iun. a.2024 h.18:55

NICOLAUS LEO LATINUS ALEXIO SCATEBRANO PHILOLOGO MAXIME HONORABILI SAL.PL.DIC.

Summas gratias, carissime Scatebrane, tibi ago pro litteris tuis, quibus perlectis doctior evasi. Praecipue scientiam tuam toponymicam maximè aestimo; nomina qualia sunt «Tanais», «Fornaces Hugoniana», «Pratalia ~ium, n. pl.», «Azagarium», «Nova Cherronesus», «Mariopolis Graecorum», «regio Hyrgitica», mihi sunt cimelia pretiosissima, quae in nullo lexico mihi accessibili inveneram. - Quod spectat ad incolas urbis *Petropolis*, distinxisti inter homines ibi natos (i.e. Petropolitani veri et genuini) et alios, qui per brevius tantum tempus ibi versantur (i.e. Petropolitenses). Quia pro certo habui *Thomam* non esse Petropoli natum, eum appellavi Petropolitensem. Sed si *Thomas* reverè iam ex 25 annis ibi habitat, fortasse licet ei nomen imponere Petropolitani. - Ut verum confitear, nesciveram *Asow* fuisse urbem antiquam (*Tanais*); ex duobus annis hoc nomen me monet tantum illius catervae fascistarum. - Perplacet mihi nomen, q.e. "*Fornaces Hugoniana*" *Donetz*k. Delectabile! Libenter eodem utar. Qui Hugo ibi floruit? Ah, video in Vicipaediâ nonnulla indicari de etymologiâ huius nominis. <https://la.wikipedia.org/wiki/Donetsk>. - "*Lugansk*" - hoc nomen spectare ad prata non suspicatus eram; sed valdè placet nomen, q.e. "*Pratalia* n.pl.". - "*Azagarium*" (*Zaporozh'je*) sonat rem magicam; bene potest declinari in casûs Latinos. - "*Kherson*" «*Nova Cherronesus*»: Ego nôvi tantum formam, q.e. "*Cherronesus*". Licetne etiam sic scribere? - Quod nomen tibi maximè placet ad paeninsulam "*Крым*" Latinè denominandam? "*Cherronesus Taurica*"? Aliquo loco invèni etiam "*Tauris*" (quod nomen monet nos Iphigeniae, sed etiam ad locum omnino alium videtur spectare). - Gratissimus tibi sum, quod mihi ad **DONBAS(S)** denominandum mihi commendas nomen, q.e. **REGIO HYRGITICA** - bene sonat! - Iraciani certè non indignabuntur, quod terram suam ornamus nomine tanti momenti historici, quanti est **MESOPOTAMIA**; primo cessaram hoc nomen indere lexico meo, sed commendatione tuâ acceptâ audeo *Iraciam* modernam denominare nomine antiquissimo, q.e. *Mesopotamia*. Ceterum *Punjab* regionem Indicam *Christianus Lassen* indologus in dissertatione quadam Latinâ nuncupavit nomine, q.e. **PENTAPOTAMIA**. Equidem

potionem alcoholicam commixtam, cui nomen est indico-anglicum *punch*, appellavi (in versione meâ libelli Baronis Mynchusani) nomine q.e. **PENTAPOMA**, -ATIS N. Placetne? - Haec hactenus breviter; mox, si permiseris, plura. - His litteris exeuntibus mitto tibi duas symbolas a me Latinè redditas, quae spectant ad **Ruteniam (Iohannes Varoli)** et ad **Revelatores (Fabianus Scheidler)**. Si vacabis, perlegas, quaeso, et scribas mihi, quid tibi de iisdem videatur. - Basilicê vale, mi care Rutene doctissime, et perge mihi favere. - Fac ne umquam interrumpatur commercium epistularum iucundissimum. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

NAEVIUS SARTORIUS

d.13. m.Apr. a.2024 h. 00.13

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

DE ERNESTO HEMINGWAY ALII ALITER SENTIUNT.

VALDE PLACET MIHI EIUS BREVILOQUENTIA GRAVIS ("SENUM ET SALUM" COEPI CONVERTERE, SED VERSIO MEA MANSIT FRAGMENTUM, V. APPENDICEM).

NECNON ADMIROR INGENTEM EIUS AUDACIAM; EX ALTERA PARTE ANIMUS MEUS REPELLITUR EIUSDEM DESIDERIO BELLORUM ATQUE CRUDELITATE ATROCISSIMA (V. RELATIONEM).

VALE SEMPER,

NIC.

d.13. m.Apr. a.2024 h.18.33

NAEVIUS NICOLAO S.

Certe, alii semper aliter sentiunt. Composui symbolam de venatore et auctore. Auctor Ernestus mihi non valde placet, ut scripsi: Illi "*Colles prasini Africae*" opus mediocre sunt; modus scribendi Ernesti est taedii plenus; at nonnullae observationes mihi felices esse videntur. Quamobrem assentior illi *Chamberlain* in NY Times scribenti: "*It is simply an overextended book about hunting, with a few incidental felicities and a number of literary wisecracks thrown in*".

(<https://archive.nytimes.com/www.nytimes.com/books/99/07/04/specials/hemingway-green2.html>)

Sadismum in opere eo numquam animadvertēbam - immo: pudorem, dubium, etiam invidiam.

De vita Ernesti non iudicare volo, non iudicare possum, non iudico. Certe non ignoras dicta ista Ernesti ("interfeci CXXII Germanos milites") in dubio vocata esse. Hic plura legere potes:

<https://web.archive.org/web/20120130162353/http://activepaper.tele.net/vntipps/Hemingway2.pdf>

Ut suspicior, ille Ernestus imprimis erat miles gloriosus.

Ut etiam addere velim: ira tempore coronario commoti ipsi verba contumeliosa fecimus.

Recordarisne de verbis tuis de Gauckio? Placet mihi affere ea - ea sunt scripta optime.

*"Oportet fugetur a nobis in deserta et pelle cameli vestitus devoret locustas et relinquat nos quietos!
Vultures devorent istum rattum a nobis saginatum incredibiliter superbientem"*

Sed quid diceret lector, si solum verba ea tua sciret?

Vale semper

VN

d.14. m.Apr. a.2024 h.10.41

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

*"Oportet fugetur a nobis in deserta et pelle cameli vestitus devoret locustas et relinquat nos quietos!
Vultures devorent istum rattum a nobis saginatum incredibiliter superbientem"*

Stupeo. Iam pridem oblītus eram me haec scripsisse; sunt certē vehementia, sed non paenitet me eorum, quia puto non oportere, ut blandiamur tali furcifero hypocritico, qualis sit *Gauckius*.

Scilicet in contextu sermonis mei nemo (nisi tam malevolus quam hodierni diurnarii et politici) verba mea intellegit sensu eorum proprio dicta esse.

Nam contextus est merê metaphoricus et irrealis, optatum meum sale nigro iocosum nullo umquam modo ad effectum potest adduci. In omni sermone vivo per indignationem iocosê expressam dicimus talia qualia sunt e.g.: "*den werde ich in der Luft zerreißen*", "*der wird gleich einen Kopf kürzer gemacht*", "*dem werden wir Daumenschrauben anlegen*" (tormentum sanê crudele, sed - Deo gratias - iam pridem abolitum), "*hier wird niemandem der Kopf abgerissen*", "*den werden wir abschießen*", "*jemanden auf die Folter spannen*", "*jemanden grillen*", "*Da müssen doch endlich Köpfe rollen*" e.m.a. Sunt verba vehementia, quibus luditur phantasiâ crudeli, sed a nemine creditur ea umquam sensu proprio ad effectum adductum iri. - E contrario omnino aliter iudicandum est de verbis, quae facit *Ernestus Hemingway* in epistolâ editori narrans quomodo captivos Germanos necaverit. Ipse describit ibi accuratê et verbis effert se ista facinora commisisse contra *Conventionem Genavensem*; apertê manifestat se haec fecisse sine ullâ necessitate, et quantâ cum voluptate hoc fecerit (nec sibi temperat, quin dicat iuvenem Germanum, cuius fugientis glande sclopeti sui per medullam dorsalem iactâ iecur dilaceraverit, ferê eiusdem aetatis fuisse quam filium suum *Patricium*). Fortasse non tot homines necavit quot necasse gloriatur - tamen patefacit verbis suis atrocibus et indolem animi et facinora horrenda et summâ vituperatione digna.

Tamen inde nullo modo concludo eius fabulas esse male scriptas. Bene scimus *Caravaggionem* pictorem et *Cellinium* aurificem fuisse homicidas, qui gloriarentur de facinoribus suis. Sed constat eosdem artificia creavisse immortalia summâ admiratione digna.

Bene scimus multos artifices insignissimos vitam degisse turpissimam; immo, ipsorum philosophorum plerosque modo suo vivendi vehementer aberravisse a praeceptis suis moralibus propriis. Tamen eadem praecepta non necessario falsa sunt. - Assentirisne?

Iamne audivisti *Radiophoniam Contrariam*? Placuitne?

Utinam Diem Dominicam degas recreabilem ! Medullitus te salutat NIC.

d.19. m.Apr. a.2024 h.17:00

<https://www.lto.de/recht/nachrichten/n/jurastudium-staatsexamen-klausuren-richter-verkauf-loesungen-niedersachsen/>

<https://www.lto.de/recht/nachrichten/n/lg-lueneburg-urteil-33-cls-20-14-verkaufte-examensklausuren-joerg-l/>

<https://www.lto.de/recht/hintergruende/h/ovg-niedersachsen-justizskandal-gekaufte-klausurloesungen-aberkennung-staatsexamen/>

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

PISCIS PRIMUM A CAPITE FOETET. ERASMUS, Adagia.

INCREDIBILE EST QUANTI FURCIFERI FIANT IUDICES! SI TALIS IUDICASTER PRAEEST CAUSAE AGENDAE - REO PROBO INIUSTE ACCUSATO QUID RESTAT NISI NUDA DESPERATIO??? O TEMPORA O MORES ! VIRI PROBI IN CARCEREM CONICIUNTUR, FURCIFERI SCELERATISSIMI FIUNT IUDICES !!!

VALE SEMPER, NIC.

d.19. m.Apr. a.2024 h.17:09

NAEVIUS NICOLAO S.

Quid solent Germani dicere?

Opportunitas facit fures.

Vale, N.

d.19. m.Apr. a.2024 h.19:07

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

OVES LUPO COMMITTUNTUR ACCIPITRI COLUMBAE CREDUNTUR

QUOMODO ALIQUIS FIT IUDEX? TALIS HOMO EST INGENTI RESPONSALITATE INSTRUCTUS. QUI HABET INGENTEM POTESTATEM IN HOMINES. QUI POTEST VITAM REI FUNDITUS DELERE, REUM EIUSQUE FAMILIAM FACERE MISERRIMOS. QUATENUS CANDIDATUS TANTI MUNERIS PROBATUR EXAMINIBUS, NUM APTUS SIT AD TANTAM POTESTATEM SAPIENTER ADHIBENDAM? PROBANTUR EIUS SCIENTIA ET INTELLECTUS PARAGRAPHORUM ET FACULTATES EASDEM IN PRAXI ADHIBENDI.

NUMQUAM PROBATUR, NUM CANDIDATUS TANTI MUNERIS SIT SAT PROBUS ET INCORRUPTIBILIS, NUM SIT FIRMO SENSU IUSTITIAE ATQUE COMMUNITATIS PRAEDITUS. MORALITAS NON EST CRITERIUM CANDIDATI AESTIMANDI. AT DOCILES ET VERSUTI ET ELOQUENTES SUNT ETIAM MAXIMI FURCIFERI.
VALE SEMPER, NIC.

d.19. m.Apr. a.2024 h.19.18

NAEVIUS NICOLAO S.

Certe, iste homo est corruptus. Sed non video problema systematis. Quid proponis? Quomodo moralitas candidati ante inaugurationem (estne verbum hoc?) probanda est? **Vale semper VN**

d.19. m.Apr. a.2024 h.19:33

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

ISTA EST CRUX REI - FACILE POSTULATU DIFFICILE EFFECTU.

VALE, NIC.

d.19. m.Apr. a.2024 h.19.38

NAEVIUS NICOLAO S.

Rectissime, mea opinione impossibile est! Ceterum, crimine corruptionis duae partes se irrētiunt.

Vale VN

d.22. m.Apr. a.2024 h.07:06

<https://www.youtube.com/watch?v=9bov9qS6yJg> Staatsrechtler Prof. Ulrich Battis zum Fall Björn Höcke | 18.04.2024

NAEVIUS NICOLAO S.

Iste Battis nescit distinguere "*Vergehen*" ab "*Verbrechen*". Illud crimen cuius H. accusatur est "*Vergehen*". **Vale, N.**

d.22. m.Apr. a.2024 h.13:37

<https://www.tiktok.com/@sichertdeutschland/video/7350269383605849377?lang=de-DE>

<https://www.pi-news.net/2024/04/sichert-die-gen-z-lehnt-den-politischen-wahnsinn-in-deutschland-ab/>

NICOLAUS NAEVIO S.

CERTE BATTIS BENE SCIT DISTINGUERE HAS NOTIONES, SED NON VULT !!! NAM UT EST SERVUS SYSTEMATIS, INFITETUR SCIENTIAM PROPRIAE DISCIPLINAE SVAE. O QUANTA INFAMIA! ANNIS PSEUDOPANDEMIAE ET PSEUDOVACCINATIONIS QUOT MEDICI, QUOT IURISCONSULTI CONSULTO MENTITI SUNT SERVILITER FRAUDEM GUBERNATIONIS FOVENTES! O TEMPORA O MORES!!! VALDE MIROR DE PRAESENTIA ALTERNATIVORUM IN PLANIFORMA TIKTOKIANA FREQUENTISSIMA. MARTINUS SICHERT EST FREQUENS ILLUMINATOR ALTERNATIVORUM TIKTOKIANUS. BABAE! SOPHOS!!! NOVISTINE EIUS CONTRIBUTUTA TIKTOKIANA? CETERUM GAUDEO DE NOVA MEA COGNOSCENTIA: NON OMNES PUERI PUELLAEQUE TAM STULTI SUNT, UT CREDANT MENDACIA GUBERNATIONIS!!! QUID TIBI VIDETUR??? **VALE SEMPER, NIC.**

d.22. m.Apr. a.2024 h.13.55

NAEVIUS NICOLAO S.

CERTE BATTIS BENE SCIT DISTINGUERE HAS NOTIONES, SED NON VULT !!! NAM UT EST SERVUS SYSTEMATIS INFITETUR SCIENTIAM PROPRIAE DISCIPLINAE SVAE. O QUANTA INFAMIA!

Fortasse. Iudicare de ea re non possum. Certe iste Battis Alternativos non diligere videtur. Sed si statuis Battis non distinguere velle, quid sentis de Urso? Dicit se nescire ista dicta, [quorum accusatus est], dicta copiarum istius ducis horribilis fuisse?

MARTINUS SICHERT EST FREQUENS ILLUMINATOR ALTERNATIVORUM TIKTOKIANUS. BABAE! SOPHOS!!! NOVISTINE EIUS CONTRIBUTUTA TIKTOKIANA?

Adhuc nescio. Tiktok mihi valde displicet, sed Sichert bene scit Tiktok momenti summi esse apud pueros puellasque.

CETERUM GAUDEO DE NOVA MEA COGNOSCENTIA: NON OMNES PUERI PUELLAEQUE TAM STULTI SUNT, UT CREDANT MENDACIA GUBERNATIONIS!!!

Difficile dictu. Suntne dicta statistica?

Vale, N.

d.22. m.Apr. a.2024 h.17:16

NICOLAUS NAEVIO S.

Ursus Penesticus in illo spectaculo televisorio more *Olai Obliviosi* Cancellarii (eheu!) nostri simulavit se non posse recordari cavens, ne ab inquisitoribus sui iniquissimis et improbissimis duceretur in glaciem lubricam et denuo in ius vocaretur propter verbi alicuius ambiguitatem nacisticam. Certê Planiforma Tiktokiana multa continet stulta et vulgaria, sed Alternativi eâdem utuntur versutissimê; *Martinus Sichert* reverâ illuminat cerebra auditorum adulescentium. ----

De aliâ re velim tibi referre: de conflictu Israeliano-Iranico: Nam ea, quae in solitis nuntiis fluenti principalis (in mediis mendacissimis) referuntur de impetibus ruchetarum missiliumque sunt falsa eo quod simulant Israeliam longê superavisse Iraniam. **LEGE VERBA THOMAE RÖPERI PETROPOLITANI QUI RUSSICOS NUNTIOS THEODISCE REDDIDIT. IIDEM NUNTII MIHI VIDENTUR LONGE VERI SIMILIORES:**

<https://www.anti-spiegel.ru/2024/was-man-in-deutschland-ueber-den-konflikt-zwischen-iran-und-israel-nicht-erfaehrt/>

Vale semper, NIC.

d.22. m.Apr. a.2024 h.17:32

NICOLAUS NAEVIO S.

P.S. VERBA QUAE SUNT "OMNIA PRO GERMANIA!" IAM LONGO TEMPORE ANTE ET POST IMPERIUM TERTIUM ADHIBITA SUNT SINE ULLA VITUPERATIONE PUBLICA. CETERUM IPSI AEDIFICIO IUDICIALI, IN QUO PENESTICUS CAUSAM DICIT, INSCRIPTA SUNT VERBA HAEC: "SUUM CUIQUE!" QUAE SUNT ORIGINALITER ROMANA ET IURIDICA, SED ETIAM - UT FERRE OMNES SCIUNT - INSCRIPTA ERANT ERGASTULO CONCENTRATIONIS. **VALE SEMPER NIC.**

d.22. m.Apr. a.2024 h.21:52

NAEVIUS NICOLAO S.

Non ignoro. Ille *Penesticus* hoc iam dixit colloquens cum *Rogério K.* Colloquium iucundum!

<https://weltwoche.de/daily/das-meiste-was-ueber-die-afd-geschrieben-wird-ist-unsinn-grosses-gesprach-mit-bjoern-hoecke-dem-umstrittensten-politiker-deutschlands/>

Vale, N.

d.22. m.Apr. a.2024 h.22:04

NAEVIUS NICOLAO S.

PS Uxor mea vehementer probat accusationem!

Vale, N.

d.23. m.Apr. a.2024 h.00:26

NICOLAUS NAEVIO S.

UXOR TUA AUDIAT MAXIMILIANUM KRAH CUM THILONE LOQUENTEM. VIR SANE INTELLIGENS - ERUDITUS - ELOQUENS !!! QUID TU SENTIS? **VALE SEMPER, NIC.**

d.23. m.Apr. a.2024 h.07:07

NAEVIUS NICOLAO S.

Recte, nonnullas partes audiui. Is mihi placet. Clarissime loquitur, iucundus esse videtur. Ea numquam Alternativum audiet..."Dexter est". Numquam leget Tranquillum, numquam Koeppelium.

Vale, N.

d.28. m.Apr. a.2024 h.14:25

<https://kontrafunk.radio/de/sendung-nach hoeren/politik-und-zeitgeschehen/die-sonntagsrunde/die-sonntagsrunde-mit-burkhard-mueller-ullrich-die-geheimnisse-der-ministerien#id-article>

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

Sapienter mihi loqui videtur *Erica Saxiriva*; e contrario foetet mihi sermo *Alexandri Ahenarii* qui hypocriticè maledicit *Urso Penestico* atque *Maximiliano Cornici*. Quid tibi videtur? Utinam tibi sit Dies Dominica recreabilis et nova septimana laetabilis atque fructuosa!

Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus

d.28. m.Apr. a.2024 h.14:56

NAEVIUS NICOLAO S.

Gratias tibi ago; nescio an ille Ahenarius hypocriticus sit, an hypocritice loquatur; utique aliter de ea re opinari videtur. Sed mea opinione recte dicit illum Penesticum saepe uti verbis, quibus est "*onus historicum*". Procul dubio causa Penestica etiam habet momentum politicum magnum, ne dicam summum. **Vale semper VN**

d.29. m.Apr. a.2024 h.12:44

<https://www.deutschlandfunk.de/zinsgewinne-eingefrorener-russischer-konten-fuer-militaerische-unterstuetzung-der-ukraine-russland-k-100.html>

NICOLAUS NAEVIO S.

Quid tibi videtur de talibus Unionis Europaeae actionibus? Mihi talia legenti incidunt in mentem verba Augustini: De civitate dei, IV, 4, 1. *Remota itaque iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia?* - Si incido in hominem praedivitem et puto eum esse hominem pessimum et sceleratum, licetne mihi eius computum frigefacere et ipsam pecuniam (aut saltim eius usuras) confiscare, quia mihi pro certo habere videor illum non iustè meritum esse tantas divitias? Licetne Unioni Europaeae aut/et nostrae gubernationi computos argentarios civium Russorum, i.e. cives alius nationis, eorumque naves celoces et alias possessiones confiscare et adhibere ad arma emenda, quae mittat in Ucrainiam, ut bello insanissimè prolongando eius populus exstirpetur *usque ad ultimum Ucrainium*, quia gubernatio nostra suspicatur eosdem Russos non odisse *Putinum*, immo eum aliquando manibus porrectis comiter salutasse, quamvis gubernatio nostra pro certo habeat istum etiam sceleratiorem esse quam illum Austriacum Germaniae ducem omnium infamissimum? Mihi quidem in hac re *Maria Sacharowa* videtur verius dicere quam *Olaus Obliviosus* et *Borisius Pistorius* et *Ursula Excetra* Alberti Graeculi Venefici Conpraedatrix et Fraudatrix Pseudovaccinationis. Quid tu sentis, Naevi Sartori Iurisconsultissime? **Vale semper, NIC.**

d.29. m.Apr. a.2024 h.13:09

NAEVIUS NICOLAO SUO S.

Gratias tibi ago pro nuntio tuo. primo, hae omnes sunt quaestiones spectantes ad ius gentium; longe aliter ac Annalena nostra expertus partis illius iuris publici non sum. secundo, tempus ad responsum prolixum me deficit: denuo clausurae sunt corrigendae; clausurae novae sunt excogitandae; filius aegrotat (heri contraxit virus); ceterum, nonnulla munera molestissima privata conficere debeo ("*Nebenkostenabrechnung*" - conversio apta?) Sed etiam dubito an sint talia consilia EU legitima.

Vale semper VN

d.29. m.Apr. a.2024 h.14:08

NICOLAUS NAEVIO S.

Rogatiunculâ meâ, care Naevi, nullo modo volueram te avertere a laboribus gravioribus exanclandis. Si propter penuriam temporis non vales hac septimanâ respondere, non aegrè feram si respondebis septimanâ proxima. Properato non opus est. Ceterum pro certo habeo te quamvis non studueris *iuri gentium* cognoscendo *explicite*, sed *implicite*, hanc rem consideratius atque sapientius explicare scire quam Annalenulam puellulam altero MORIAE ENCOMIO (post-erasmiano)

dignissimam. Ergo perge clausuras corrigere et responde proximâ occasiunculâ data. Ceterum "*Nebenkostenabrechnung*" Latinê dicitur: COMPUTATIO SUMPTUUM SECUNDARIORUM "*Abrechnungsstelle*": SEDES COMPENSATIONIS **Vale semper pancraticê, medullitus NIC.**

d.30. m.Apr. a.2024 h.07:39

Naevius Nicolao s.

Gratias tibi ago; ille Piscator iurisconsultus plus de ea re scire videtur: <https://rsw.beck.de/aktuell/daily/magazin/detail/einfrieren-russischen-vermoegens> Hic **invenies** leges EU spectantes ad sanctiones: <https://eur-lex.europa.eu/DE/legal-content/summary/general-framework-for-eu-sanctions.html> Cras cum familia ad soceros proficiscar, quamobrem otium me denuo deficiet.

Haec raptim, vale semper Naevius

d.4. m.Maii a.2024 h.23:34

NICOLAUS NAEVIO S.

<https://www.youtube.com/watch?v=g7hJ5lpFMDA> Nikolaus Fest: Warum diese AfD nicht mehr meine Partei ist

IN NIDUM CACAT EVOLATURUS ! **Vale semper, NIC.**

d.5. m.Maii a.2024 h.12:16

Naevius Nicolao s.

Quid dicam? Ut iam scripsi de causa Seitziana - structuram internam factionis Alternativorum nescimus, catervas in factione nescimus, naturam Aliciae nescimus. Solum speculari possumus, sed - ut bene scis - speculari nolo: Nihil prodest. Adhuc solum scimus Aliciam oratricem optimam esse, analyses bonas facere, optime disputare posse, locum oeconomicum sanum habere. Sed paene nihil scimus de ea factionem ducente. Fortasse *Firmus* recte indignatus est, fortasse etiam violatus est, fortasse recte vituperat res quasdas in factione. **Vale, N.**

d.05. m.Maii a.2024 h.17:58

NICOLAUS NAEVIO S.

MIHI FIRMUS VIDETUR FUISSE TALPA; PRO CERTO HABEO INESSE FACTIONI ALTERNATIVAE MULTAS TALPAS AB HALDENWANGIANIS IMPOSITAS. - IAMNE LEGISTI DE NOVISSIMA ALTERNATIVAE DIFFAMATIONE ESKENIANA? DELIRAT ISTA EXCETRA **CLUMDALKLITSIAE** ILLI GIGANTISSAE SWIFTIANAE HAUD ABSIMILIS (RECORDARISNE GULLIVERUM?). GERALDUS GROSZ & TIMOTHEUS KELLNER IN IUS VOCANT SASKIAM ESKEN DIFFAMATRICEM FACTIONIS ALTERNATIVAE. COMPARATIONES ISTAE NACISTICAE INTERIM TAM DETRITAE ET INSULSAE SUNT, UT EFFECTUM HABEANT POTIUS RIDICULUM QUAM PERICULOSUM - QUID SENTIS? SASKIA NE MINIMUM QUIDEM HABET INDICII VERI - NIHIL FACIT NISI STULTE BLATERAT - SITULAS STERCORIS IN ALTERNATIVOS FUNDENS... DE INTERITU FACTIONIS PROPRIAE FLEBILI INDIGNATISSIMA...

QUID SENTIS, CARE NAEVI? VALE SEMPER, NIC.

d.5. m.Maii a.2024 h.20:54

Naevius Nicolao s.

Fortasse talpa est. De ista re ESKENIA non multum dicere debeo; assentior. Ista excetra - carens argumentis - Alternativos denuo diffamare studet. Etiam ille LUPUS, diurnarius AUSTRIACUS, certe non diligens conservativos, de verbis istius Saskiae horribilis, de verbis eis sine ullo modo dubitare videtur. Optime rogavit: "*Finden Sie das nicht maßlos übertrieben?*" Rectissime!

Vale semper VN

d.12. m.Maii a.2024 h.11:15

Naevius Nicolao s.

<https://kontrafunk.radio/de/sendung-nach hoeren/politik-und-zeitgeschehen/die-sonntagsrunde>

Analyses et observationes excellentissimae oeconomicae imprimis illius *Boos*. Perplacet etiam dictum illius *Schroeder*: nos habere "*systema crisiuum*" ut "*pilam nivalem*". **Vale, VN**

d.13. m.Maii a.2024 h.17:00

NICOLAUS NAEVIO S.

VERRUCA FOEDERALIS (CLAUDIA RUBRA) POSTULAT UT GERMANI DIVITIAS SUAS DIVIDANT CUM PROFUGIS. https://www.youtube.com/watch?v=4K5QJA1Z_Ok

Vale semper, N.

d.13. m.Maii a.2024 h.20.10

Naevius Nicolao s.

Emissio illa mihi sane vetus esse videtur - tamen ille Rogerius optime loquitur. **Vale, VN**

d.14. m.Maii a.2024 h.08:46

Naevius Nicolao s.

[@geraldgrosz](https://www.youtube.com/watch?v=Km3n-brbDOE) | AfD zu recht rechtsextremischer Verdachtsfall

Nucleus problematis mihi videtur esse terminus "*dextro-extremismi*" sine modo. Nescio et dubito an fecerit ille OVG menda processuralia. **Medullitus salutatur VN**

d.24. m.Maii a.2024 h.13:25

Nicolaus Naevio s.

Nonne *Cornix* ab Italâ ephemeride rogatus dixit veritatem? An putas omnes illos milites *Cohortis Satellitum* fuisse sceleratos? Non omnes illorum interfecerunt homines civiles, non omnes eorum operati sunt in ergastulis concentrationis. De illis hominibus singillatim iudicandum est, non omnes eandem culpam contraxerunt. Nonnulli coacti erant, ut fierent milites illius cohortis. Similiter iam iudicaverunt *Conradus Adenovanus* et *Helmodus Faber*, cancellarii foederales quondam de re publicâ nostrâ optimê meriti. Etiam *Guntherus Iracundus*, auctor illustris *Tympanae Laminatae*, qui postea praemio litteraturae Nobeliano est exornatus, fuit membrum illius cohortis infamissimae. -

Putas Francogallos et Italos Dextros Parlamenti Europaei reverâ propter hoc colloquium *Cornicis* cum Italâ diurnariâ factum se disiunxisse a Germanis Alternativis? Nonne alia causa subest?

Legistine commentarium *Martini* illius *Lucimissarii* prolixum in *Secessione* divulgatum? - Quid tibi videtur de *Aliciâ Pascuali* atque *Tino Fresore Cornicem* lentis pectoribus, frigidis oribus repellentibus? - Nonne *Alicia* atque *Tinus* timent *Cornicis* competitoris ingenium splendidum, eloquentiam stupendam, eruditionem admirabilem? - An subest alia causa? Nonne Dextri aliarum nationum Europaei corrupti sunt a *Sorosianis*? Suspicio *Marinam* esse parum fidelem, nimiaque concedere gubernationi. Nonne Alternativis melior socius est *Ericus Zemour*? - Ceterum in toechocollemate factionis *Sahrae Aurigae* scripta est quaestio: *Bellum an pacem?* - *Franciscus* autem *Nummulus**) socialista senilis de hôc toechocollemate indignatissimus a diurnario *Speculi Relotiani* interrogatus quaesivit: *Habetne ista (Sahra) non iam omnia pocilla in armario?* (i.e. *'Estne mente capta?'*), haec verba fecerat ipsa *Sahra Auriga* ante nonnullas septimanas de *Roderico Meteorosopo***) christianodemocratâ, qui Russiae minatus erat verbis bellicosissimis).

Vale semper basilicê, mi care Naevi. **Medullitus te salutatur Nicolaus**

*) <https://de.wiktionary.org/wiki/M%C3%BCntefering>: "Mün-te-fering: Herkunft: Zusammensetzung aus niederdeutsch *mün-te*→*nds* "Münze" und mittelniederdeutsch *verding*→*gml* "eine kleine Münzeinheit".

) https://www.namenforschung.net/dfd/woerterbuch/liste/?tx_dfd_names%5bname%5d=2505&tx_dfd_namesbaction%5d=show&tx_dfd_names%5bcontroller%5d=Names: "Kiesewetter: Benennung nach Beruf zu mittelhochdeutsch *kiesen*, mittelniederdeutsch *kesen* 'prüfen, versuchen, wählen, prüfend sehen, erkennen, herausfinden' und mittelhochdeutsch *weter*, *wetter*, mittelniederdeutsch *weder*, *wedder* 'Wetter, Witterung, Gewitter, Unwetter'. Es handelt sich um einen indirekten Berufsnamen in Form eines Satznamens in der Bedeutung '(ich) prüfe das Wetter' für einen **Wetterbeobachter, -späher, der Wetterprognosen erstellt."

d.24. m.Maii a.2024 h.14.59

Naevius Nicolao suo s.

Gratias ago! Mea opinione Cornix verum dixit, non omnes fuerunt scelerati; multi iuvenes militiam se invitis facere debebant. Audeo dicere etiam istos homines, qui nostro tempore contendunt se maioribus „*meliores*“ esse, tempore *Tertii Imperii* horribilissimo etiam ipsos culpam contracturos fuisse. Qui hodie totam ideologiam gubernationis et Prasinorum comprobant (*religionem climatis, woceismum, immigrationem immoderatam*) - cur credamus eosdem illo tempore aliter se gessuros fuisse? Isti probavissent etiam ideologiam illius temporis infelicissimi. - Tamen ille Cornix fecit mendum politicum; sane fortiter verba vera dixit, sed etiam cognoscere debuit Prasinus et alios adversarios talia verba scandalon verum reddituros esse. Adhuc enim – hoc ausim contendere – valet haec lex politica aeterna: *nihil nisi male de militibus Germanis*, imprimis de istâ *Cohorte Satellitum* istius *Ducis*. Sed, ut libenter confiteor, profecto non exspectaveram istam *Marinam* Francogallam talia verba Cornicis vituperaturam esse. Babae! - Quamobrem patet eam ûti occasione se ab Alternativis liberandi. Cur id fecit? Nescio. Etiam nescio, qualis qualitatis foedus fuerit inter Alternativos et Francogallos in conventionem Europae. Sed pro certo habeo istam *Marinam* sic gessisse quibusdam de causis politicis gravibus. Suntne legitimae? Dubio, valde dubito. Potestate politica - et occasione potestatis politicae augendae – iam multi homines sunt corrupti. - Haec raptim, fortasse mox plura. **Vale semper VN**

d.25. m.Maii. a.2024 h.00:45

NICOLAUS NAEVIO S.

SUSPICOR TOTAM ISTAM TURBAM SYLTIENSEM FRAUDE EFFECTAM ESSE; SED ETIAMSI REVERA FACTA EST, ISTI NUNTII SUNT NUGULAE INFLATISSIMAE. RECORDARE VERBA IOHANNIS GROSS DIURNARII QUONDAM TELEVISORII: "QUO DIUTIUS IMPERIUM TERTIUM TRANSACTUM EST, EO FORTIUS IMPUGNATUR".

Vale semper, NIC.

d.25. m.Maii a.2024 h.09.45

Naevius Nicolao suo s.

Recte, puto rem illam non fraude effectam esse, sed in nuntiis cottidianis maxime inflatam esse. Narraverunt etiam de *phyletismo*. Ante electionem Europaeam caterva prasino-russata politica omnia habet quae habere vult:

- *phyletismum cottidianum* in insula *Sylt*
- rixam in factione Alternativorum
- rixa in factione conservativa Europaea
- candidatos eiectos (*Bystron, Cornicem*)

Quod attinet ad HYMNUM NATIONALEM rescriptum: Ista caterva quia clare cognoscere videtur *unitatem, ius, libertatem* in patria nostra non iam esse ... itaque versionem, quam scripsit iste *Brechtius* (communista, opportunist), praefere videtur. **Vale, VN**

d.28. m.Maii a.2024 h.13:08

Nicolaus Naevio suo optimo s. s.v.b.e.e.v.

Ea quae *Godefridus Iacobellus* affert ad exclusionem *Alternativae* europaeam explicandam, mihi videntur gravia nec facilia refutatu. Scilicet hanc exclusionem non reverâ factam esse propter *Cornicis* responsiunculam historicam, quae - si iustê diudicamus - fuit sat moderata. Quam provocatam esse et hypocriticê condemnatam, ut praetexeretur verae causae ficticia, nunc clarê patet. Quod attinet ad *Victorem Orbanum*, plurimum doleam, si thesis *Iacobelli* sit vera. Nam semper credideram *Orbanum* esse sincerum defensorem libertatis nationum Europae et independentiae; si *Iacobellus* rectê sentit, illâ unione, q.d. CPAC, nil fiet nisi Europaei denuo vasalli se subicient Americae Dominae nunc *Trumpianae* (antea "*Bidenianae*"), a quâ expilabuntur et instigabuntur in Russos diabolos putativos. Optatum novi statûs Germaniae verê neutralis verêque

independentis, quae neque Russiae neque Americae sit adversaria et insignis commercio prospero et pacifico cum Russiâ haud minus quam cum Americâ faciendo - hoc optatum laudabile secundum thesin *Iacobelli* nihil est nisi illusio puerilis, quae tam facile displodetur quam bulla saponacea. ---

Utinam in hac re bonus *Iacobellus* fallatur! Nam *Orbanum* perquam admiratus sum! Tamen graviter valet nullum Germanum invitatum esse praeter *Iohannem Georgium Thomam* - quem *Iacobellus* dicit nihil fuisse nisi folium ficulnum. Mihi de hac deque similibus rebus deliberanti tota vita interdum nihil videtur nisi magna lusio bullarum saponacearum; quarum si ultima est displosa, ultimo gaudio vivendi finito tempus est abeundi.... Quid tibi videtur, care Naevi? **Semper vale, NIC.**

d.28. m.Maii a.2024 h.21.58

Naevius Nicolao suo s.

Modo domum reveni. In re illa, ut timeo, gravia non dicere possum. Paene nihil de ea ratione politicae Europaeae scio, nihil de factionibus novi. - Sed dicam haec: Si analysis illius Godefridi Iacobelli te affligit, timeo ne nimis verseris in rebus eis politicis iniucundissimis. Vita alia, plura, iucundiora offert. Fortasse dicas me velle duram vitae veritatem evitare et aufugere (me *escapismi* accusans), sed puto res bonas, res pulchras, res iucundas velut musicam, litteras summi momenti esse. Solum speculari possum, sed pro certo habeo te cottidie multas horas in interreti versari studentem progressionem rerum praesenti. Cottidie ergo nuntios horribilissimos audis; etiam cottidie audis analyses summi acuminis, summae eloquentiae, sed spei expertes. - Conditio Germaniae non bona est - hoc non ignoro, ut scis. Dicam me sane bene scire causas. Sed quid faciam? Mille analyses novas nihil novi efficientes? Politicus numquam eram, numquam ero. Ergo coepi me recipere in rationem artis, pulchritudinis. Quid ille Acerarius dicere solet? Dies dominicus sit artibus! Eae multum valent. - Et quid ille *Tukur* a me valde dilectus dicit? Audi! <https://www.youtube.com/watch?v=fILwKwIFwxY> **Vale semper VN**

d.30. m.Maii a.2024 h.12:57

Nicolaus Naevio suo s.

ALEXANDER VENEDUS REM ACU TETIGIT! QUI SCRIBIT SUBTILITER ATQUE ELEGANTER ET LARVAM ERIPIT E FACIE FRANCI VALTERI PRAESIDASTRI.

VERBA EIUSDEM QUAE SEQUUNTUR MIHI BILEM COMMOVENT VEHEMENTISSIME:

„Wenn es jemals so etwas gab wie eine geschlossene Herkunftsgemeinschaft, die Wesenszüge teilte und überlieferte und darauf ihre Institutionen gründete, wenn es jemals möglich war, schon vor jeder politischen Verständigung die religiöse, kulturelle, ethnische ‚Substanz‘ einer Gemeinschaft zu bestimmen, dann ist diese Epoche der Menschheitsgeschichte vorbei.“ - „Dieser Satz ist eine einzige Unverschämtheit, ein Schlag ins Gesicht der Deutschen, die Steinmeier vorgibt, als Präsident zu vertreten. Mein Präsident war er nie, ist er nie und wird er niemals sein“.

Vale semper, NIC.

d.30. m.Maii a.2024 h.14.29

Naevius Nicolao suo s.

Assentior! Optime ostendit modum istius Franci scribendi, modum horribiliter tritum. **Vale VN**

d.05. m.Iun. a.2024 h.00:56

https://x.com/Hartes_Geld/status/1796563952358527052

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

Nôvi istam allocutionem minacissimam. Territus quaero, quare iste furcifer odio obsessus nondum sit comprehensus et accusatus. - E contrario gubernatio immisericordiae cum severitate venatur cantatores illos Syltianos et instigat cives, ut illos omnes recognitos denuntient. Infamissimum! Ceterum nemo gubernantium nobis explicat *numquam nobis vehementius et instantius imminuisse tertium bellum mundanum idque atomicum quam nunc*. Plerique in Putinum pus et venenum evomentes ultionem Ucrainae bellicosissimam bellique exasperationem quam maximam postulant magis timentes calamitatem climaticam absurdâ phantasiâ fictam quam bellum atomicum in dies

verisimilius. Nunc oportet disceptationes postulare pacificas publicis manifestationibus frequentissimis et vehementissimis. Sed balant oves somniculosae nec cavent lanium cultrum acuentem. **Vale semper, NIC.**

d.05. m.Iun. a.2024 h.07.17

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Gratias tibi ago, fortasse iste furcifer muslimus accusabitur *approbationis delictorum*; legas haec: https://de.wikipedia.org/wiki/Belohnung_und_Billigung_von_Straftaten. Certe scis principium legale illud: *nullum crimen et nulla poena sine lege*. (https://de.wikipedia.org/wiki/Nulla_poena_sine_lege).

Propter *culpam moralem* nemo comprehendi et accusari potest. Heri cum bicolyyta de ea re locutus sum. Maxime indignatur ...Haec raptim, mox certe plura **Vale semper VN**

d.05. m.Iun. a.2024 h.17:00

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

E contrario personae quae *dextrae* esse dicuntur propter dicta aut facta levissima (e.g. cantiuunculam si cantant ebrioli) poenis afficiuntur gravibus. Insania et vesanitas! Nunc audi responsa gubernationis ad quaestiones Alternativorum:

<https://www.youtube.com/watch?v=Dxad3mqRKdg> Selbst SPD-Präsidentin muss eingreifen! - Regierungsbefragung - AfD-Fraktion im Bundestag

Incredibile est, quantâ cum arrogantia *Pistorius* et ille secretarius respondeant - quamquam ista gubernatio onerata est peccatis gravissimis! Problema immigrationis illegalis immoderatae tractatur obiter et levissimè et stultis phrasibus. *Quis hoc potest videre quis hoc potest pati???* Ceterum magnum colloquium interrogatorium Septimanae Mundanae cum *Thomâ Praecone* ("*Röper*", i.q. "*Ausrufer*" i.q., Praeco) editore "*Anti-Speculi*" de Russiâ Russisque factum in Latinum converto. Quod tibi mittam teque rogabo, ut mihi scribas quid sentias de sententiis *Thomae Praeconis*. Nam recordor te diutius in Russiâ vitam degisse ideoque eiusdem terrae bene peritum esse. Placetne? **Vale semper, NIC.**

d.05. m.Iun. a.2024 h.22.33

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Iste *Pistorius* sane superbus esse videtur. Eius interpretatio actionum *Putini* unam tantum partem spectat. Mittas mihi textum illius *Praeconis*; die Veneris et die Saturni in Thuringia ero, quamobrem serius respondere studebo. **Vale semper VN**

d.06. m.Iun. a.2024 h.09.38

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Iamne accusati sunt - illi *cantatores* ebrioli? Adhuc non video delictum criminale. **Vale, VN**

d.06. m.Iun.2024 h.11:56

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

CUIDAM CANTATRICI SYLTIANAE (BELLULAE PUELLULAE VERECUNDAE, CERTE A MALIS PUERIS SEDUCTAE) PER DUOS MENSES NON LICET CAMPUM ACADEMICUM INTRARE; PORRO UNIVERSITATIS PRAEPOSITI COGITANT DE PUELLULAE EXMATRICULATIONE. **Vale semper, NIC.**

d.06. m.Iun. a.2024 h.15.23

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Hoc non est poena criminalis! Vero hoc est consilium sine ullo modo; universitatem in ius vocare potest. **Vale, VN**

d.11. m.Iun. a.2024 h.22.42

<https://reitschuster.de/post/kritik-gilt-heute-generell-als-rechts/>

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Intolerabile! Quod attinet ad censuram: Iamne scis hoc: https://www.youtube.com/watch?v=E_2lxoLVHs&t=70s ?

Ista *Emcke* excetra horribilis esse videtur! Specta faciem eius distortam! Ille *Venedus* denuo bene scripsit: <https://www.publicomag.com/2024/06/aufessen-fenster-ankippen-richtig-waehlen-dann-gibts-auch-mehr-eis/>

Mox plura, hodie accepimus antliam VN

d.12. m.Iun. a.2024 h.10:21

NICOLAUS NAEVIO S.

Carolinus (sic!) est tribas (frictrix) masculina; est maritus Silviae (v. infra), quae personam femininam gerere manifestum est. <https://www.deutschlandfunkkultur.de/kritik-an-den-kritikern-von-carolin-emcke-aus-ihren-zeilen-100.html>

Specta imaginem Carolinae!!! https://de.wikipedia.org/wiki/Carolin_Emcke Carolin Emcke (* 18. August 1967 in [Mülheim an der Ruhr](#)) ist eine deutsche [Autorin](#) und [Publizistin](#). Im Jahr 2016 wurde sie mit dem [Friedenspreis des Deutschen Buchhandels](#) ausgezeichnet. Emcke lebt in [Berlin](#) und ist mit Silvia Fehrmann liiert, die das [Berliner Künstlerprogramm des DAAD](#) leitet.“ - <https://www.deutschland.de/de/topic/kultur/berliner-kuenstlerprogramm-des-daad-leiterin-silvia-fehrmann-im-portraet>

Vale semper, NIC.

d.12. m.Iun. a.2024 h.10.59

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Possibile est. Dicam eam *Judith Butler Germaniae*. Audi dicta eius: <https://www.youtube.com/watch?v=bMCoIE6mAao>

[v=bMCoIE6mAao](https://www.youtube.com/watch?v=bMCoIE6mAao)

Vale VN

d.14. m.Iun. a.2024 h.23:00

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

IAM AUDIVI. SASKIA EST VERA EXCETRA: RARO FIT UT HOMO TAM STULTUS TANTA SIT CONSCIENTIA SUI ! QUIS NUNC, CARE NAEVI, DE HYPOGEO VESTRO ET ANTLIA NUPER COMPARATA? ESTNE HYPOGEUM ET AB AQUA ET A MUCO LIBERUM?

QUAE DAMNA FECISTIS? NUM VACASTI COLLOQUIO PRAECONIS PERLEGENDO?

ESTNE TIBI - SICUT SODALI ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE NESTORI - PERSUASUM ...

- OMNIA VERBA PRAECONIS NIHIL ESSE NISI PROPAGANDAM RUSSICAM?

- UCRAINIOS PUGNARE NON SOLUM PRO LIBERTATE SUA, SED ETIAM PRO OMNIBUS TERRIS OCCIDENTALIBUS PROQUE EARUM "VALORIBUS"?

- BIDENIUM ESSE SAPIENTEM PATREM PATRIAE ET PROTECTOREM EUROPAE?

- AMERICANOS BELLI MUNDANI SECUNDI NULLA ALIA CAUSA PARTICIPES FACTOS ESSE NISI UT NOS EUROPAEOS SERVARENT A NACISTIS

- SELENSKIUM ESSE HEROEM PRO POPULO SUO SE SACRIFICANTEM

- PUTINUM ESSE ALTERUM HITLERUM; NISI AB "OTANIANIS" (= NATONIANIS) DEVINCATUR, TOTAM EUROPAM, IMMO TOTUM MUNDUM EXPUGNATURUM ESSE.

ASSENTIRISNE NESTORI NOSTRO???

VALE SEMPER, NIC.

d.15. m.Iun. a.2024 h.17.14

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Care Nicolae, gratias summas tibi ago. Hypogeum (cur tibi placet uti verbo Graeco, nonne “cella” verbum aptum est?) nondum ab aqua liberum est; sed condicio nunc melior est. Multas res servare potuimus, multas res adhuc servamus. Sed timeo ne mucus mox oriatur ... quamobrem solum raptim respondere possum. - Magnas partes colloquii cum illo Praecone facti legi et audiui. Vir sane iucundus, fortis, prudens esse videtur. Ipse eram annos multos ante in Russia (anno MCMXCIII) et illo tempore vidi terram ingentem, horribiliter pauperem, ut etiam ille Praeco clare et – mea opinione – recte descripsit. Non ignoro etiam Russos Putinum non amantes opinari eum terram et

oeconomiam Russicam post annos illos horribiles firmavisse. Quamobrem ille *Koepfel* – diurnarius a nobis dilectus – quondam eum dixit „*Stabilokrat*“. Illo tempore (anno MCMXCIII) etiam audiui et legi multas narrationes de Russia in mediis nostris, quae mihi solum semi-veras esse videbantur. - De politica interna Russica currente nihil dicere possum, quia de ea nihil scio. Fortasse ille Praeco de rebus illis nimis benigne iudicat. - Sed quod attinet ad catervam Americanam, bene scis me nullo modo assentiri Nestori vestro. Is putare videtur Americanos philanthropes maximos esse, eos solum saluti orbis terrarum studere, iis prosperitatem nationum omnium cordi esse. Hoc politici Americani publice statuere solent, sed quid revera faciunt? - Opinio talis mihi nimis simplex esse videtur. Etiam nostro tempore bella a caterva politica Americana commissa vidimus – bella, quae non recta, quae non iusta fuerunt, sed solum causis oeconomicis, geo-politicis commota sunt. Sane bene recordor verba ea quae iste *Colin Powell* publice (!) fecerit, priusquam exercitus Americanus Mesopotamiam (*Irak*) petivit: “*Indicia clara habemus*” – istum *Saddam Hussein* habere arma interneciva, arma summi periculi: <https://theintercept.com/2018/02/06/lie-after-lie-what-colin-powell-knew-about-iraq-fifteen-years-ago-and-what-he-told-the-un/> Ut hodie clarissime scimus, Americani noverunt talia arma ei non esse, etiam indicia non esse. Iste *Powell* mentitus est, gubernatio Americana mentita est. Cur ergo Americani bellum intulerunt Mesopotamiae? Philanthropiae causa? Solumne studebant liberare populum miserum a dictatore horribili? Cur ergo nunc non petunt regnum istius *Kim Jong-Un* et student liberare populum Koreanum, qui opprimitur ab isto tyranno horribili? - Etiam non ignoramus dicta istius *Friedmannii* loquentis de finibus – quasi perennibus – politicae Americanae extraneae (geo-politicae). Verba eius audiamus, conclusionem rectam faciamus!

https://www.facebook.com/interessantefakten2/videos/george-friedman-erkl%C3%A4rt-geo-strategie-der-usa/525090329174515/?locale=hi_IN

Vale semper VN

d.16. m.Iun. a.2024 h.13:00

<https://apollo-news.net/drama-auf-der-digitalmesse-kritischer-journalismus-bedroht-den-elfenbeinturm/>

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

LARISSA REM ACU TETIGIT!!! CAROLINA SIMULAT SE PHILOSOPHARI, REVERA EST OMNIUM MAXIME BACEOLA: IN OMNI ANGIPORTU, IN OMNI TABERNULA, IN OMNI MERCATU HOLERARIO INVENIES HOMINES (QUAMVIS OMNIS ERUDITIONIS ACADEMICAЕ EXPERTES), QUI SINT PRUDENTIORES ET AD DISCENDUM PARATIORES ET SAPIENTIORES QUAM ISTA EXCETRA ARROGANTISSIMA QUAE PLURA DOCET QUAM SCIT ET A SAPIENTIA SOCRATIS REMOTISSIMA NE XANTHIPPAE QUIDEM ASSEQUITUR CRASSAM MINERVAM; NAM XANTHIPPA CURAVIT TRES INFANTES ET DOMUM ADMINISTRAVIT, ISTA CAROLINA NIHIL EST NISI MISERRIMA CACATRIX PRUDENTIAE. ECCE VERBA QUIBUS ISTA TRIBAS VIPEREA DELARVAT SE IPSAM:

"Da geb ich zu, da steig ich auch sofort aus. Sofort. Ich möchte es auch nicht verstehen. Ich möchte, dass es beschlossen, angeordnet wird, dass ich verpflichtet werde, ich nicht nachdenken muss..." - "Form von Selbstverdummung"? ISTA EXCETRA SE IPSAM IAM PRIDEM STULTIFICAVIT!!! **Vale semper, NIC.**

d.16. m.Iun. a.2024 h.13.48

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Assentior. Caterva politica Germaniae nostrae acclamat talibus excetris, quae solum sermone academico pseudo-philosophice loqui possunt, sed sensum realitatis omnino amiserunt. Talis qualitatis etiam est excetra alia, ista *Marina W.*, quam audire potes hic:

<https://www.youtube.com/watch?v=FaQ606kDvjM> 26:00 Quid dicit? Id quod dicam Theodisce "*gute Nachbarschaft*" - hoc erat, est et erit semper res omnino apolitica! - ista puella dicit *formam minimam formationis democratiae*. Haec sunt verba tritissima, summae simplicitatis veste sermonis academicae induta. Sed multis aliis ea verba prudentia *in re* esse videntur. Paene velim dicere haec *fraudem intellectualem*. Nota etiam arrogantiam eius "*Ja, wir sind Intellektuelle, aber wir wohnen mit ganz vielen Menschen zusammen...*" **Vale semper VN**

d.16. m.Iun. a.2024 h.11:02

NICOLAUS NAEVIO SUO S.

Animo elato accepi epistulam prolixam. Iam timueram, ne in hypogei fluctibus haesitares inops et ad scribendum inhabilis. Verbum theodiscum q.e. "*Keller*" reverâ derivatum est a Latino q.e. *cella*, sed non iam valet idem: Nam *cella* Romana non solebat esse subterranea. Itaque praefero verbum graecanicum, quod iam invenitur apud *Vitruvium* architectum, qui vixit aut Caesaris aut Augusti aetate. --- Ea quae scribis de Praeconis colloquio, comprobo; nonnulla ille mihi videtur dixisse parum exactê, nimis superficialiter, quia ex tempore locutus est. De Americanis similiter iudicas ac ego; bona testimonia gravia affers: *Powellianum* illud et *Friedmannianum* multum valent!

In appendice invenies duas symbolas, quarum una spectat ad Russiam Russosque (*John Varoli*), altera spectat ad magnos revelatores et vicirimatores et diurnarios investigativos, qui sunt: *Julian Assange*, *Seymour Hersh*, *Edward Snowden*. Si vacabis (inundatione subterranea tandem cohibitâ et hypogeo tandem siccatum et demucatum), perlegas utramque symbolam; deinde scribas mihi, quid tibi videatur de *Iohannis Varolii* itinere Russico deque *Revelatoribus*. - Haec hactenus. Utinam tu tuique degant Diem Dominicum iucundissimum. Vale semper. **Medullitus te salutatur Nicolaus.**

d.17. m.Iun. a.2024 h.10:49

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Gratias ago! Timeo ne otium ad texta legendum me deficiat. In hypogeo nunc *dehydratorem* (*fortasse melius: siccatrum*) habemus ...multa adhuc facienda sunt. **Vale bene VN**

d.17. m.Iun. a.2024 h.20:44

<https://www.youtube.com/watch?v=AZIDLqH-Oc&t=0s> Alle Zeichen stehen auf einen grossen Krieg: Serbiens Präsident Vucic über die düstere Gegenwart

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Colloquium iucundissimum, ille *Vučič* (*Aleksandar Vučić, natus a.1950, Praeses Serbiae*) vir sapientissimus esse videtur. Is perplacet! **Vale, VN**

d.20. m.Iun. a.2024 h.20:08

<https://www.mmnews.de/politik/218579-wagenknecht-will-in-thueringen-ministerpraesidentin-stellen>

NICOLAUS NAEVIO S.

NUNC CERTO SCIMUS, QUO FINE AURIGA CONDIDERIT FACTIONEM SUAM:
UT IMPEDIRET, NE ALTERNATIVI GUBERNATIONEM SUSCIPERENT. - AD HUNC FINEM ASSEQUENDUM SAHRA MORE MERETRICIS PARATA EST CUM FACTIONE ANGELAE EXCETRAE UCKERMARCHIANAE LECTUM ASCENDERE COALITIONIS. - PHU DIABOLE !!! HINC ILLAE LACRIMAE ANTI-NACISTICAE!!! TAEDET ME ISTIUS SCORTI SEMICOMMUNISTICI. **VALE SEMPER, NIC.**

d.20. m.Iun. a.2024 h.22:00

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Fortasse; nescio an hic finis summus Sahrae fuerit. Sed non ignoramus eam Alternativos non diligere, ut ea semper dicere solebat. Ea etiam non amare videtur quid dicam Anglice "*splendid isolation*". Potestatem politicam habere vult. - Putasne Christianodemocratas etiam lectum coalitionis cum Sahra ascendere velle? Dubito. Sodales Sahrae omnes sinistri sunt. **Medullitus VN**

d.20. m.,Iun. a.2024 h.23:19

NICOLAUS NAEVIO S.

SI POTESTAS ALLICIT, OMNIS DIRECTIO EST GRATA. **VALE SEMPER, NIC.**

d.21. m.Iun. a.2024 h.06:49

Naevius Nicolao s. pl. Dicit

Rectissime ! **Medullitus VN**

d.21. m.Iun. a.2024 h.10.30

Naevius Nicolao s. pl. dicit

Patet istum scurram solum manere posse, si Americani eum manere volunt. **Medullitus VN.**

ANSGARIUS OSLOENSIS

d.10. m.Maii a.2024 h.10:12

NICOLAUS ANSGARIO S.

Quid agis, care Ansgari? Accepistine EL 288? Iamne inspexisti? Esne valdê occupatus rebus energeticis dispensandis? Scribe mihi quidquid tibi in buccam venerit.

Medullitus **Nicolaus Leo Latinus.**

d.10. m.Maii a.2024 h.11:28

Nicolao salutem Ansgarius

Certe ultimam epistulam leoninissimam accepi, et iam non nullas symbolas primis labiis obiterque delibavi. Nuperrimis enim diebus magis magisque in horam tempus premit! Multa nobis semper legenda, interdum etiam aliqua scribenda. Vero non tantum litteris pro captu ingenioque parvo mihi vacandum est, vero muneribus in grapheo quoque, vellicatim saltem, opera danda est. Nam in grapheo non perpetuo nobis licet industriam pariter simulare et ignaviam dissimulare. Nonnumquam, mirabile dictu, nos laboris moles quaestuosi aliquantulo vehementius deprimit, ut officium nostrum, sat aridum Musisque alienum, vere ut dicam, sedulo faciamus, quodammodo necesse sit! Symbola autem, quam conscripsit Gaius Licoppe, mirifice mihi studium movit. Gaius enim, quem valde delectant rerum gestarum indagaciones, ni fallor, more suo, rem non uno nomine sat spinosam nec sine maxima cautela tractandam, intelligere et explanare conatus est. De minutiis huius symbolae non est disceptandum, praesertim cum exiguum in rebus historicis sapiam! Vero valde mihi placet prudentia Gaii rerumque cognitio amplissima, nam inter alia dixit, Muslimos non esse debiles, nec nationum Occidentalium amicos fautoresque. Hanc rem penitus comprehendere, quam perplurimi homunculi politici Europaei et diurnarii omnino ignorant, maximi est momenti, ne specie rerum atque commutationibus fortunae necopinatis ad perniciem nostram adducamur. Ceterum, non sine delectatione carmina Horatii Bononiensis perlegi. Cum primis lectorem otiosum ac somniabundum in admirationem corripit scientia modorum auditusque eius doctissimus, qui compositionem tam delicate modulatam in versibus suis adhibuerit. Nec animum legentium fastidit quomodo eleganter ac suaviter meditationem loci, id est rivuli Tammari, coniunxerit cum praeteriti temporis recordatione. De genio loci, qui vocatur, multa dicenda sunt, vero quam saepe poetae loci amore cuiusdam, non minus quam Musarum fascinatione, ad carmina pangenda concitentur, sane mirationem movet. Haec tumultuarie, vero non prorsus insulse, ut spero. **Cura ut valeas Ansgarius**

d.10. m.Maii a.2024 h.11:51

NICOLAUS ANSGARIO SUO OPTIMO [SAL.PL.](#)

Gratias plurimas, care Ansgari, pro responso prolixo proque existimationibus symbolarum Gaii et Horatii subtilibus. Utinam labores tui grapheocratici bene procedant! Ceterum nuper nobis mulier vicina narravit se cum amico habitasse per nonnullos dies in Norvegiâ in deversorio nivali vel glaciali; magnâ cum inflammatione animi narravit de *sclodiis motralibus* necnon de *traheis*, quae tractae essent a canibus. Novistine talia *deversoria glacialia*? Placentne tibi? Haec raptim, mox, si volueris, libenter plura. **Medullitus, Nicolaus.**

d.10. m.Maii a.2024 h.13.12

Nicolao salutem Ansgarius

Devorsorium illud notissimum est, et potest fieri ut nunc iam sint varia devorsoria id genus, quae maxime viatoribus Sinensibus, Boreoamericanis Germanicisque divitibus placeant! Numquam

regiones septentrionales Norvegiae perlustravi, volatu enim opus est trium quattuorve horarum, ut has terras glacie niveque obrutas petamus, et omnia ibi magno pretio venduntur, cum perpauci homines has incolant solitudines. Norvegia enim, quod non bene patet in mappis, Germaniam, quam incolunt 80 milionum homunciones, quantum ad superficiem attinet, longe superat. Mox plura! **Cura ut valeas!**

d.11. m.Maii a.2024 h.00:41

NICOLAUS ANSGARIO S.

Reverâ perpauca scio de Norvegiâ, deque Scandinaviâ universâ. Semel tantum fui in Daniâ per 2 septimanas. - Suntne *Sueti* - *Dani* - *Norvegi* inter se valdê diversi linguâ et moribus? Utra lingua tuo sermoni patrio propinquior est: Danica an Norvegica? Legistine litteras Norvegorum artificiosas, e.g. opera illius *KNUT HAMSUN*? Quid tibi videtur de fabellis *CHRISTIANI ANDERSEN* - poetae Danorum illustrissimi? Qui videtur vir tristis fuisse et melancholicus spe feliciter vivendi deceptus - quid sentis? --- Scilicet me puerum legisse *Selmae Lagerlöffi Nicolaum Holgerson anseresque feros*. Num adhuc legitur haec fabula in Suetiâ hodiernâ? An inventi sunt etiam in hac fabulâ loci *genderismo et politicae rectitudini* contrarii? - Aliquâ in scaenâ cinematismis illustris Suetici *Lena* iuvenca venditrix in pantopolio ad arcam sedens narrat aniculae surdastrae facetê dictum, quo irridentur *Norvegi*: Secundum hoc facetê dictum *Norvegi* a *Suetis* dicuntur esse tardioris ingenii, itaque eosdem lentius res comprehendere quam *Suetos* (similia facetê dicta apud nos narrantur de *Frisiis orientalibus* - "*Ostfriesenwitze*"). Estne ita? - Illud cinema Sueticum persaepe discipulis meis monstravi - insunt multae scaenae et ridendi et lacrimandi - novistine hoc opus cinematographicum? Titulus originalis est *Så som i himmelen*, scaenothetes est *Kay Pollak*, confectum est a.2004. *Mikael Nyqvist* personam gerit *Danielis Darei*, qui syntonarius illustrissimus propter infarctum myocardi recedit in vicum pueritiae suae ruralem et dirigit chorum ecclesiasticum. Persona autem totius cinematismis maximê attractiva est *LENA*, quam gerit *Frida Hallgren*. Novistine hanc histrionissam? Quae mihi valdê placet! - Ceterum omnes fabulas *Wallanderianas* legi ab *Henning Mankell* scriptas. Tune etiam legisti? Maximam exspectionem habere mihi videtur *LEAENA ALBA*, parum delectabiles mihi videntur esse *CANES RIGAENSES*. Novistine? - Quid tibi videtur de cinematismis *Ingmari Bergman*? Recordor *Silentio* (a.1963: *Tystnaden*) in Germaniâ scandalon esse effectum. Per longum tempus Germani Suetiam habebant pro terrâ, ubi res veneriae liberius agerentur quam in patriâ suâ (pornographica cinemata Suetica bene nôta erant). Postea pornographia facta est ubiquitaria - hodie ferê omnis infantulus in sophophono potest aspectare scaenas crassissimas. A.1973 *Scaenae connubii Bergmanianae* (*Scener ur ett äktenskap*) in televisorio a multis spectatae sunt. Recordarisne hoc cinema? - Haec hactenus, mox, si volueris certê plura, care Ansgari. Vale semper basilicê et perge litteras Latinas colere fervore fervidissimo.

Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

d.12. m.Maii a.2024 h.11:44

Nicolao salutem Ansgarius

De gentibus septentrionalibus vel aquilonaribus, ut interdum apud Olaum Magnum dicuntur, multa sunt dicenda. Nunc tantum pauca proferam, ne latius quam epistularum angustiae sinunt, turbidus divager. De Danis, Norvegicis Suetisque, proverbiali specie in hanc sententiam nonnumquam dicitur: Dani falso se esse optimos putant. Norvegici frustra optimos esse cupiunt. Suetici autem, pro certo habent se omnium esse optimos. Hoc adagium nos docet, quomodo Suetici omnium nationum septentrionalium, superbia inflati raraque insolentia tumidi, vehementissime desipiant. *Quos dei perdere volunt, primo dementia afficiunt*. Confitendum est Sueticos in rebus technologicis et industria quaestuosa olim nuperque non parum progressus fecisse, ut post bellum mundanum secundum, id est fere iam exeunte aetate industriali, Suetica, natio agricularum piscatorumque, in civitatem ingeniariorum mutaretur. Nam mirandum in modum Sueticos, homunciones simul fastidiosos et credulos, delectant scientia machinalis et res oenonomica, ut prorsus censeant citra mercurialia negotia artemque technicam nihil esse, quo hominum animus labefactetur. Quamquam

Suetici mortalitatem, nec in hac re aliorum Occidentalium dissimiles sunt, nulla ex parte concipere possunt, nec animo comprehendere, tamen immortalitatis cuiusdam artificiosae desiderio flagrant, ut vitam futilem ac frivolissimam in saecula saeculorum producere possint! Nuperrimo autem tempore, *sero enim sapiunt Phryges*, nonnulli Suetici certiores facti sunt, quemadmodum magnam insolitamque mutationem attulerint anthropologicam in societate civili Suetica lex Islamica moresque Saracenorum. Quantum ad Norvegicos, quos Suetici semper in ludibrium vertunt ut tardioris ingenii atque homunculos rusticos, non omnino falsum est, in rebus nummariis et industrialibus Norvegiam ab Sueticis persaepe superatam esse. Nam Norvegi nonnisi tarde et negotii petroliarii causa rem fecerunt facultatemque mirifice auxerunt. - Verum, quid de sermonibus gentium septentrionalium? Annis iuvenilibus, breviter animum ad scientiam linguisticam appuli. Itaque, si rem teneo, nec in errore prorsus ducor, nisi vexilla limitesque essent, id est nisi re politica imperante, sermones Scandinavi dialecti ac variationes unius linguae considerarentur. Quod non mirum est, nam nisi Germanici et Batavici sermonem septentrionalem perpauca homines peregrini bene discere solent. Equidem in grapheo Norvegice scribo, vero Suetice loquor. Multo enim similiores inter se sunt sermones Norvegicus et Sueticus quam linguae Hispanica et Lusitanica, ut exemplum mihi notum afferam. Sermo Danorum facile legitur, verum nunc temporis non semper loquela Danorum sine difficultate intelligitur. Nam admodum hiulce verba pronuntiant, ut intelligentia artificialis, quae vocatur, non citra laborem modulationes vocum Danicarum imitari possit! Ceterum, Dani quoque mirifice arroganter ambulant! Cum de se prolixius quam aequo deblatterant, philautia et arrogantia elatissimi, saepe sententiam ridiculam in ore habent, quam anglice proferunt, ut omnibus numeris, quantum ad delirationem pertinet, perfectissimi sint, id est: *we Danes are the Latins of the North!* O Dani tam vafri, tam callidi, tam astuti! Quis mortalium malitiam ac nequitiam vestram sustinere potest citra fastidium atque taedium? Quae cum ita sint, nullo modo ingenium artemque eximiam *Christiani Andersen* in dicrimen vocare velim. Et Hafnia est urbs pulcherrima, nec immerito olim limites Europae ultimae dicebantur in Dania esse constitutae. Aer enim qui Hafniae spiratur eiusdem coloris est quam Parisiis vel Berolini. Fabulam romanicam, quam *Knut Hamsun* conscripsit de fame atque alucinationibus, quas inedia et inopia incitant, iam adulescens perlegi. Attamen, verius ut loquar, tantum vellicatim litteras Norvegicas scrutatus sum. - An adhuc pueri puellaeque Suetici *Narrationem de itinere Nicolai anserumque* legant, sane dubitationem habet. Opera enim *Selmae Lagerlöffii* sermone exculto, saeculi undevicesimi proprio, artificiose conscripta sunt. Nunc temporis, ut videtur, in nationibus septentrionalibus, adolescentes tantum oscitanter litteras colunt, ut libentius sermone Anglico quam patrio inter sese colloquantur. Crebro, in tramine subterraneo vel in supermercato, pueros adulescentesque Norvegicos audio Anglice sermocinantes, ore Boreoamericano. Neque enim dubium est quin, paulatim aquilonarium sermones evanescant. Praeterea, verum si fateri volo, rarenter opera Suetice conscripta evolvo, minimeque saepe cinemata vel pelliculas Sueticas specto, cum animum a cultu civili alienum habeam. Dicere soleo mihi esse quattuor patrias, *Francogalliam, Hispaniam, Suetiam, Norvegiam* (nam uxor est natione Norvegica). Itaque, animi reficiendi gratia potius lectito libellos Hispanice vel Francogallice confectos, utpote qui multis annis pariter studiorum et operae causa his in nationibus vitam egerim. Qua de re, nonnumquam etiam sermone sive Hispanorum, sive Francogallorum, non nullas nugas litteris mando, non quia litteras Romanenses Sueticis septentrionalibusque ducam superiores, vero quod magis mihi arridet ars aetatis barocae cultusque prateriti temporis, qualis floruit in antiquis Imperii prouinciis. Non nulla autem cinemata *Ingmari Bergman*, annis iuvenilibus, spectavi. Imprimis mihi placet opus singulare ac mirabile cui titulus *Fanny och Alexander*. In hoc opere palmari, mirifice somnia cum rebus mundanis coniunguntur. Nam in hac pellicula, sat subtiliter *Ingmar Bergman* tractavit non modo de recordatione atque cupidinibus, vero etiam, mirabile dictu, de rebus occultis! Haec congeste ac longiuscule! **Cura ut valeas!**

d.12. m.Maii a.2024 h.23:43

NICOLAUS ANSGARIO S.

Plurimas gratias, mi care Ansgari, pro considerationibus de gentium Scandinaviae linguis litteris moribusque. Multa didici! - Adiectivum "aquilonaris" (sic! per -r-), quod dicis ab *Olaio Magno* adhiberi, mihi ignotum erat; invêni "aquilonalis" (per -l-) apud *Ciceronem* (in fragmento) et *Vitruvium*. - Miror, quod plerumque scribis "Suetici" et "Norvegici", non "Sueti" et "Norvegi" - quare? Praefersne formam "Suetici" formae "Sueti"? --- Cinema *Bergmanianum*, c.t. "*Fanny et Alexander*", uxori meae notum est. Dicitur esse *Suetiae cinema omnium optimum*. Scaenam quandam modo spectavi in canali *youtubiano* publicata: Mulier pulcherrima vexatur a marito suo crudeli (nonne est episcopus?), qui loquitur incredibili cum frigore et filiolum uxoris domui includit. Hoc opus cinematographicum mihi videtur esse dignum, quod accuratius perlustrem. - Delector differentiis morum *Suetorum Danorum Norvegorum*. Nesciveram *Danos "arroganter ambulare"* et credere se esse "*Latinos septentrionales*". Nonne exstat opus, quo comparantur earum gentium borealium indoles et mores? Titulus fortasse est: "*Ethologia gentium Scandinaviae comparativa*". - Quod attinet ad pronuntiatum linguae Danicae, etiam audivi phoneticam Danicam esse perdifficilem; necnon recordor Danam cantricem et histrionissam nomine *Vivi Bach (+2013)*, quae sermonem theodiscum pronuntiabat accentu amabili paululumque ridiculo. Tu dicis te scribere norvegicê, loqui sueticê, uxorem tuam esse Norvegam - quâ linguâ colloquimini? - Quid attinet ad poetas boreales, interim *Strindbergium* Suetum et *Ibsenium* Norvegum recordatus sum. Sed - ut verum confitear - vix plura de iis scio quam nuda nomina. Nonne *Ibsenius* scripsit drama, c.t. "*Nora*" - quae spectat ad mulierum emancipationem? - Ceterum est mihi fabula *Ludovici Holbergii* Dani Latina: "*Nicolai Klimt iter subterraneum*" - novistine eam? - Haec hactenus raptim. Quidam professor biochemiae mihi misit prolixam commentationem physico-philosophicam Latine (ca. 40 pp.) a se ipso scriptam; quae inscribitur "*Tempus quid sit*"; multa insunt verba ex operibus *Alberti Magni* et *Thomae Aquinatis*, sed etiam ex *Blasii Pascali*, *Alberti Einstein* necnon *Stephani Hawking* excerpta. Stupendus sanê vir doctus; non solum in laboratorio perquirat macromoleculas, sed etiam insudat operibus *Thomae Aquinatis* et *Alberti Magni* perlegendis. Vides etiam tertio millennio pertractari philosophiam scholasticam. Tu autem vale pancraticê, amice borealis sive aquilonaris eruditissime et humanissime, et perge mihi favere. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus**

d.13. m.Maii a.2024 h.13.34

Nicolao salutem Ansgarius

Utrum *Sueti* an *Suetici* dicendum sit, plane ignoro! Tantum sum cultor linguarum voluptarius. Quod attinet ad Aquilonares aut aquilonares, ni memoria me fallit apud *Olaum Magnum* adhibetur aquilonaris, quod verbum invenitur in *Sancto Augustino*, ut indicatur in *Thesouro Linguae Latinae*. Vero, ut probe scis, quamquam scripta *Magni Olai* in varios sermones vernaculos conversa sunt, nulla est editio critica operis eius palmaris, *De Septentrionalium Gentium Historia*. Hoc opus legi in quadam editione photypice expressa, nec me fugit quam saepe, saeculo decimo sexto, varia fortuna muneribus suis typographi functi sint. Itaque hoc verbum potest esse mendum *Olai Magni*. Fabulae *Augusti Strindberg* et *Henrici Ibsen* adhuc in toto mundo eduntur. Verumtamen de his scriptoribus longum est disserere. *Iter subterraneum Nicolai Klimii* magna cum delectatione perlegi! Secundum *Norvegos* fuit *Norvegus*, quoniam *Bergis* natus est. Dani autem aestimant eum fuisse natione Danicum, cum in universitate *Hafniensi* laureatus sit. Cum uxore Suetice loquor. Sermones enim Suetus et Norvegus sunt dialecti unius linguae Septentrionalis. At vero, mihi cum Norvegis sermocinanti cavendum est, ne electius loquar, neu verba rariora ac locutiones adhibeam exquisitiores. Forsitan sit alchimista serioris aetatis. Non dubito quin professor ille sit homo ingeniosus, cum nunc temporis perpauca homunciones sint, qui scientias pariter et litteras didicerint. Haec brevissime! In animo habeo attentius perlgere narrationes, quae ultima epistula leonina continentur. De hac re mox plura, ut spero. **Cura ut valeas!**

d.9. m.Iun. a.2024 h.00:32

NICOLAUS ANSGARIO OSLOENSI SUO OPTIMO S. S.V.B.E.E.V.

In appendice, care amice, invenies Colloquium Thomae Praeconis (Praeco = vulgo 'Röper' = *(Aus)rufet*) cum Romano Cellario (*Roman Zeller*) **DE RUSSIA RUSSISQUE** habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba Praeconis et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Medullitus te salutat **NICOLAUS**

d.09. m.Iun. a.2024 h.05:43

Nicolao Ansgarius

Abest appendix! rursus mitte, quaeso! libenter legam! **Ansgarius.**

d.09 m.Iun. a.2024 h.07:57

NICOLAUS ANSGARIO S.

Excusa, care amice, negligentiam meam! Utinam diem dominicum degas iucundissimum. Vale semper, **NICOLAUS.**

d.11. m.Iun. a.2024 h.09:32

Nicolao salutem Ansgarius

Iam hoc colloquium interrogatorium perlegi, quod partim studium, partim ingens movit cachinnum. Recte nec sine iure *Thomas ille Praeco*, etiamsi eodem laborat vitio, vituperat cerebrilavium insidiosamque opinionum inculcationem, quae in nationibus Occidentalibus non modo in rebus Russicis, vero in omnibus quaestionibus tractandis, quam maxime saeviunt. Nec dubito, quin Vassintonienses hoc bellum formidolosum dolis technisque perfidiosis, more suo translaticio, conflaverint. Verum incertum est, mea quidem sententia, utrum Boroamericani, amici nostri carissimi, contententionem ucrainam concitaverint ut Russiam labefactarent, an ad perniciem nationibus Europaeis moliendam. Nam magis ad Occidentalium, ni coniectura fallor, tam rebus externis hodiernisque minus minusque in diem vaco, quam ad Russicorum detrimentum movetur hoc bellum. Dialectica autem Praeconis aliquantulum claudicat, vel potius fraudulenter ambulat, qui non aperte loquatur nec sine fucio rem incertam probare argumentis admodum speciosis conetur. Nam, quod callide Vassitonienses sociique Natonis insidias calamitatemque Russicis struunt, minime significat omnes Russicos libertatis amantissimos esse morumque bonorum cultores integerrimos. Thomas autem Praeco valde Russiam amat, nec immerito, quoniam natio est lectissima, qui non tantum Putinum eximia laude ornat, verum etiam magno cum animi fervore moderna vestimenta mulierum Russicarum commendat! Quae cum ita sint, perperam loquitur Thomas noster de doctrina nacistarum, quam ideologiam magnopere, ut videtur, fovent Ucraini. Neque enim quomodo intelligatur ratio nacistarum apud Ucrainos exponit, quippe qui tantum eos nacistas esse affirmet. Praeterea, asseverat Russiam, etiam Unionem Sovieticam, semper gubernationem distinxisse a populo Germanico. Procul dubio haec fuit causa, cur milites Russici bello mundano secundo duos miliones mulierum virginumque Germanicarum stupraverint. Itaque in hoc colloquio non nulla recte, aliqua non omnino dilucide tractantur. Bello enim concitato omnes mentiuntur. - Etiam multa verba recentioris latinitatis in hoc textu inveni, inter alia: *qualitas victus, egestas habitaculorum, impedimenta censoria, conclave fucandi, effectus psychologiae massalis* etc.

Cura ut valeas!

d.12. m.Iun. a.2024 h.21:48

NICOLAUS ANSGARIO SUO OSLOENSI [SAL.PL.](#)

Ecce alteram symbolam tibi mitto ad Russiam Russosque spectantem. *Iohannes Varoli* diurnarius Americanus de moribus patriae suae depravatis indignatus refert de itinere nuper in Russiam facto. Tolle lege mirare: Nam ea quae *Varolius* refert de Russiâ non invenies in solitis ephemeridibus occidentalibus, quarum diurnarii ferê omnes sunt *RUSSOPHAGI* exacerbatis. Hic *Varolius* est

v e r u s (! neque Soros neque Gates!) p h i l a n t h r o p u s russophilotos. - Denique te rogo, humanissime, ut novaculâ Occamianâ instructus perlegas relationem *Varolianam* et scribe mihi quidquid tibi in buccam pervenerit. Vale basilicê atque pancraticê.
Medullitus te salutat **NICOLAUS LEO LATINUS**

d.14. m.Iun. a.2024 h.08.58

Nicolao salutem Ansgarius

Sententiis illius diurnarii Boroamericani, qui artem coquinariam Russicam maximis in deliciis habet, non protinus discrepo. Publicamina Occidentalia vehementissime non tantum politicam Russicam vituperant, verum etiam Russorum vitam moresque. Nuperrimis diebus, in grapheo, locutus sum cum hominibus feminisque qui iam non somnium, prae Russorum timore, citra difficultatem conciliant! "*Nationes Europaeae maximo in discrimine versantur! Russi iam adsunt! Ad arma res spectat! Vae nobis!*" Verum mera deliramenta loquuntur! Etiamsi rem politicam tantum compressius strictimque curo, minime puto Russos impetum in nationes Europaeas esse facturos. Quem ad finem? Qua ratione? Quo modo? Aliae autem res sunt gravioris momenti, et quae magis magisque in diem Europaeorum rem publicam concutiant! Boreoamericani tamen, eadem ratione qua Europaei, hoc enim in imperiis senescentibus solet fieri, cum de aliis nationibus loquuntur semper de se atque de cultu civili suo disserunt. Itaque omnia quae *Iohannes Varolius* in Russia laudat, apud nostrates iam vitiose conversa inque peiorem partem mutata sunt! Ceterum, magna quaestio est utrum bellum Ucrainum cum Russis an cum nationibus Europaeis geratur. Nonne bellum magis in morum traditorum fautores Europaeos patriaeque amantes commovetur, cum potius industria Occidentalium quaestuosa detrimentum capere videatur quam res oeconomica Russorum? Cui bono? Boreoamericanis et Sinensibus. Dum res Russica in parlamento Europaeo tam delire tractatur, in dies crescit Saracenorum numerus qui clanculum omnibusque modis rem publicam evertere conantur. Haec non est deliratio nec *theoria conspirationis*. Interroga ipsos Muslimos, non negant se nihil ardentius cupere quam legem Islamicam in nationibus occidentalibus imponere. Certe potest fieri, ut etiam multi Europaei idem votum pie susceperint! Utinam deos habeant propitios. Neque enim vellem frustra homines desiderio ardere. Haec breviter congesteque, calamo festinante! **Fac sis hilari animo!**

d.14. Iun. a.2024 h.12:40

NICOLAUS ANSGARIO SUO OPTIMO S.

Verissima mihi dicere videris, care amice, de timore erga Russos deque ignorantîâ Europaeorum periculi immigrationis muslimicae. - Semper stupeo quam multum valeat *praeconatio propaganda* ubiquitaria. Num Europa id assequetur, ut redeat ad bona sua cultûs civilis praecipua? *Dum spiro spero*. - Mox tibi mittam symbolam, quae scripta est de *revelatoribus* (*whistle blowers*) et *rimatoribus*, praesertim de *Iuliano Assange*. Ceterum i.q. anglicê dicitur "*leak*", latinê appello "*rimam +informativam*". "*Wikileaks*" est *VICIRIMA*, *-AE F*. Scilicet *Iulianus Assangeus* dignissimus est, qui dicatur *RIMATOR*: nam multas rimatus est *rimas informativas*. Quid tibi videtur de his verbis Latinis a me novatis? - Vale semper pancraticê, mi care Ansgari: epistulas tuas semper exspecto animo suspensissimo. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus**

d.14. Iun. a.2024 h.12:40

Nicolao salutem Ansgarius

Haec verba facile intelliguntur! Quâ de causâ, etiam nobis placent indoctis ac rudioribus! Quantum attinet ad revelatores et rimatores, multa dicenda sunt. Suntne re verâ veritatis perdiligentes qui strenuê rem publicam in libertatem vindicant? Mox plura! **Cura ut valeas**

d.15. m.Iun. a.2024 h.23:23

NICOLAO ANSGARIO SUO OPTIMO S.

Nunc invenies in appendice novam symbolam quae spectat ad *REVELATORES*. Unus ex iisdem ab gubernatione sua fugatus est, quia scelera illius *Agenturae Securitatis Nationalis* (NSA) publicaverat. Unica terra quae eum recepit fuit *RUSSIA*. Interim îdem *Eduardus Snowden* a *Vladimiro Putino* civitate Russicâ donatus est... Quid tibi videtur De *Iuliano Assange*, quid de *Seymour Hersh*? Idem sunt *diurnarii investigativi*, qui magnâ cum audaciâ patefecerunt ingentia scelera *Civitatum Unitarum Americae*. Quid de iisdem sentis? Lege symbolam *DE REVELATORIBUS* scriptam et postea scribe mihi quidquid in buccam tibi venerit... Exspecto sententiam tuam magnâ cum suspensione animi. Vale pancraticê et perge mihi favere. Medullitus te salutatur **NICOLAUS**.

d.16. m.Iun. a.2024 h.11.19

Nicolao salutem Ansgarius

Etiamsi pauca de *Iuliano Assange* eiusque ratione vestigandi mihi nota sunt, veri tamen simile est hominem citra aequitatem, sine iudicio, in carcerem esse compactum, utpote qui quam aequo rem *Imperii Vassintoniensis* altius inspexisset. Quantum attinet ad diurnarios, fere omnes, quoad sciam, potentibus turpiter inserviunt. Forsitan in numerum diurnariorum mendacium serviliumque etiam referendus sit ipse *Fabianus*! *Fabianus* ille, qui non praeter dedecus summamque inverecundiam, ut solet fieri, in Boreoamericanos omnium malorum causam et culpam perverse, nec sine iniquitate, confert. *Fabianus* ita de Boroamericanorum bellis insano cum gaudio atque volubiliter disserit, ut nefarie de machinationibus Saudiorum, Iraniorum Turcorumque taceat. Non aliter quam omnes politici et diurnarii his diebus aut simulant se ignorare, aut re vera nesciunt, qua de causa res in Francogallia iam ad bellum spectet intestinum. Occidentales enim tam vehementer desipiunt ut putent nisi per se ipsos bellum atque iniustitiam non fieri. Quam ob rem, revelatores ac rimatores, qui non crimina Boreoamericanorum vel Israelianorum scrutantur, verum, o horribile dictu, curiose accuratiusque, ut exemplum afferam, rationem et causam Turcorum politicam exquisiverunt, ad bestias, id est ad silentium, unanimiter ab omnibus hominibus probis beneque moratis condemnantur. Falso etiam curae circumiectorum naturae bella contentionesque opponere mihi videtur *Fabianus* ille fabulator! Nam nisi omnino fallor, longe antequam prima indicia *mutationum climatis* perspicerentur, diligentissime rebus bellicis operam dabant homunciones! Certe potest fieri, ut nimis crudeliter in *Fabianum* animadverterim, qui superiore nocte vix somnum oculis videram!

Cura ut valeas!

d.16. m.Iun. a.2024 h.14:23

NICOLAUS ANSGARIO S.

Gratias plurimas pro responso prompto. Rectê mones de diurnariis deque aequitate iudicii servandâ. Unilateralitas strictê evitanda est, neque oportet luscum triumphare inter caecos. Hoc facere, ut ait *Augustinus*, et illud non omittere; *Americanorum* vitia et scelera patefacere, sed etiam minimê *islamomachorum* tacendo praetermittere. Ceterum *Fabianus* spiritui temporis nimium indulgens nonnulla verba facit lapsantia de putativâ mutatione climatis anthropogenâ deque societate transformandâ (quibus verbis horreo statim suspicans agi de perverso transhumanismo *Schwabio-Harariano* Fori Oeconomiae Mundanae!). Praeterea in *Fabiani* enumeratione revelatorum desideravi *Scandalon Portae Aquaticae* (d.17. m.Iun. a.1972 - d.9. m.Aug. a.1974), ad quod patefaciendum maximê contribuerunt [Bob Woodward](https://en.wikipedia.org/wiki/Bob_Woodward) et [Carl Bernstein](https://en.wikipedia.org/wiki/Carl_Bernstein). https://en.wikipedia.org/wiki/Watergate_scandal De etymologia nominis "Watergate":

https://en.wikipedia.org/wiki/Watergate_complex: "In his 2009 book *Presidential Power on Trial: From Watergate to All the President's Men*, William Noble wrote that the Watergate "got its name from overlooking the 'gate' that regulated the flow of water from the [Potomac River](https://en.wikipedia.org/wiki/Potomac_River) into the [Tidal Basin](https://en.wikipedia.org/wiki/Tidal_Basin) at flood tide." That gate (near the [Jefferson Memorial](https://en.wikipedia.org/wiki/Jefferson_Memorial)) is about 1.5 miles (2.4 km) downriver from the Watergate complex. Another namesake, the "Water Gate Inn" restaurant (1942–1966), operated on the site for more than two decades before the Watergate complex was built." **Vale, NIC.**

d.18. m.Iun. a.2024 h.12:05

Nicolao salutem Ansgarius

Noli sollicitari! Iam multi anni sunt cum intervallis certis me privatio somni vel insomnia opprimit. Praesertim si copiose coffeam ingurgitavi aut potationibus indulsi! Id quod rarius fit nunc temporis, cum magis magisque in diem mihi arrideat mundus imaginarius, ut saepicule longe melius mihi sapiat poculum vini mente fictum quam vinorum flos generosiorum! **Fac sis hilari animo!**

d.18. m.Iun. a.2024 h.14:22

NICOLAUS ANSGARIO SUO S.

Ut verum confiear, care Ansgari: Ego quoque cafeam copiosè ingurgitare soleo, nec abstineo a *pocillo* vini. **Combibonem medullitus salutatur Nicolaus Leo Latinus.**

MARCUS CRISTINI

d.05. m.Iun. a.2024 h.19:24

Marcus Nicolao optimo s.p.d.

Spero te, sodalis carissime, bene valere et incepta tua Latinissima quam celerrime procedere. Hebdomada proxima praeterita Academia Latinitati Fovendae statuit, ut Certamen Quirinale II indiceretur iisdem legibus ac anno praeterito. Tibi mitto praeconium certaminis, ita ut - si vis - in fasciculo futuro *Epistulae Leoninae* id vulgare possis. **Cura, ut pancratice valeas!**

d.09. m.Iun. a.2024 h.00:39

**NICOLAUS MARCO SUO PHILOLOGO NECNON BOTANICO PERITISSIMO
SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.**

Praeconium tuum Certaminis Quirinalis II mox divulgabo proximâ in EL (289). In appendice, care amice, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo 'Röper' = *(Aus)ruf'er*) cum *Romano Cellario* (*Roman Zeller*) **DE RUSSIA RUSSISQUE** habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba Praeconis et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Medullitus te salutatur **NICOLAUS**

d.09. m.Iun. a.2024 h.16:47

Marcus Nicolao suo Latinissimo s.p.d.

Gratias tibi maximas ago, optime sodalis, pro epistula tua electronica proque colloquio mihi misso de rebus hodiernis et - proh dolor - admodum gravibus, quod libenter legam.

Cura, ut optime valeas.

d.09. m.Iun. a.2024 h.17:37

LEO LATINUS MARCO CRISTINI S.

GRATIAS PRO RESPONSO PROMPTO, MI CARE MARCE.

VALE SEMPER, NICOLAUS LEO LATINUS

d.13. m.Iun. a.2024 h.21:50

Marcus Nicolao Latinissimo rerumque hodiernarum indagatori indefatigabili s.p.d.

Dum tramine ferroviario Utino Florentiam vehebar, care sodalis, libenter legi colloquium quod diligentia qua par es Latine reddidisti. Cogitationes, quae mihi venerunt in mentem, tibi raptim scribo.

Et ego arbitror "*adiutores*" militares Europaeos et Boreoamericanos in Ucraina esse et nonnullos probabiliter ab initio belli illic versatos esse. Suspicio consiliarios istos interdum armis – ruchtis praesertim – ūti, ut castra Russorum deleant vel impetum faciant in eorum naves. Ex hoc tamen minime consequitur, ut Ucraina iamiam a Civitatibus Foederatis regatur vel duces Americani

exercitum Ucrainum dirigant. Bello Mundano Altero flagrante Civitates Foederatae Russis partem maiorem armorum, curruum loricatorum et aeroplanorum suppeditabant, *Iosephus* autem *Stalin* nullo modo *Franclino Roosevelt* serviebat! Bello Mundano Primo saeviente, Anglia et Francogallia Italiae subsidio venerunt post cladem ab Austris Germanisque apud Caporettum acceptam et hortati sunt, ut Itali omnes regiones inter flumen Athesim et Alpes orientales positas relinquerent, sed duces Itali recusaverunt, quamquam partem maximam rei frumentariae telorumque a Sociis accipiebant. Duces Boreoamericani, nisi omnia me fallunt, iterum atque iterum ante annum praesidem Ucrainum monuerunt, ut copias ex urbe *Bakmut* educeret, ne innumeri milites ibi perirent, hic autem illis morem minime gessit. Consilia sociorum modo Ucraini neglegunt, modo sequuntur inviti, modo libenter amplectuntur, respectis commodis exercitus et rebus politicis cuiusque momenti temporis. Mercennarii vel potius voluntarii milites peregrini iam ab initio belli in Ucraina adversus Russos pugnant. Miror non quod isti certaminibus intersint, cum a primis cunis historiae bella semper viros adlexerunt proeliandi cupidos vel studio quodam gentis vel doctrinae defendendae inflammatos, sed quod pauci sint. Nam a. 2022 putavi nationes Hesperias mox legiones voluntariorum in Ucrainam missuras esse, ut accidit e.g. in Bello Civili Hispanico. Quare hoc nondum evenerit nescio, praesertim quia Russi et Persae eorum voluntarios multos per annos miserunt (ed adhuc mittunt) ad socios adiuvandos in Syria, Arabia Felici vel Africa, ut populi maioris momenti fere omnes iam fecerant. Nihil novi sub sole...

Russi non eo bellum gerunt, ut Ucraina fiat neutralis, sed ut ipsa fiat cliens vel potius serva, Belarussiae instar, et ipsi regionibus haud paucis potiantur, spreto iure gentium. Ucraini numquam iugum Russorum aequo animo passi sunt, qua de causa nemo est qui miretur ipsos suam libertatem admodum strenue defendere. Quod ad opiniones civium urbis *Novae Cherronesi (Kherson)* attinet, permulti salutaverunt laeti milites Ucrainos, cum hi oppidum liberarent. Sunt profecto qui Russis faveant, sed arbitror eos minimam esse partem incolarum in hac regione.

Quod ad iura minoritatum nationalium attinet, fortasse e Tsetsenis quaerendum est, quid censeant de Vladimiro Putin defensore populorum minorum... Studium dominorum Russiae fere omnium a tempore Caesarum (vulgo *Zar*) usque ad diem hodiernum semper in eo fuit, ut gentes subiectas vel propinquas opprimerent, ut testantur *Polonia, Finnia, Estonia, Lettonia, Lithuania, Georgia* eqs. Ergo subrideo, cum audio Praeconem de iuribus aequis omnium ethniarum disserentem. Minore labore opus suum navasset, si conatus esset ostendere, quantum olera leoni in deliciis sint. Denuo subrideo, cum Praeco dicit "*spatium rerum opinionumque, de quibus licet disputare, in Russiâ esse latius quam in occidente*", quia mihi haec legenti veniunt in mentem facetiae haud illepidae tempore Belli Frigidi nescio quo libro in lucem prolatae. Nam Boreoamericanus quidam narrabatur Russum convenisse et de libertate fuse disseruisse, quae in Civitatibus Foederatis eo esset lata, ut cives Americani sine ullo timore clamitare auderent praesidem Americanum insanire. Russus fertur respondisse se suosque pari libertate frui, cum ii quoque sine ullo timore clamitare auderent praesidem Americanum insanire...

Ut ad res bellicas redeam, et ego non dubito, quin *Vladimirus Putin* mox impetum in NATONem vel Germaniam facere nolit, sed poterit e.g. tumultus in Rebus Publicis Balticis excitare vel *Moldaviam* aut *Georgiam* vi occupare. Regnator, qui semel nationem propinquam adgressus est, id bis terque facturus est.

Exercitui Ucraino fortasse intersunt nonnulli, qui doctrinis Nacistarum faveant; in exercitu Russo sunt ii, qui doctrinis tromocratiae Islamicae favent. Si ad circum nesciunt convenire *Catonas*, ut olim scripsit *Cassiodorus*, ad bellum nesciunt convenire *Solones*.

De singulis caedibus casibusque longum est singillatim disputare. Sufficiat id dicere, quod haec omnia numquam facta essent, si Russia rem publicam sui iuris non invasisset a. 2022, immo a. 2014.

His autem addere velim me multosque cives Europaeos – ut puto – populo Russo minime adversari, litteras Ruthenas magni facere et cultum civilem Russorum nihil admodum spernere, immo exoptare, ut Russi in coetu nationum Europaeorum sedem suam, quae ab anno 1917° deserta est,

iterum capiant. Imo ex corde spero die quodam futuro “*commune spatium culturale atque oeconomicum fieri quod pertingat ab Olisipone usque ad Vladivostocium*” et Russiam nomen NATOni participandae daturam esse. At hoc tunc videbimus, cum *Putin* magistratum abdicaverit et Russia, relictis omnibus regionibus contra ius et fas occupatis, vim aliis nationibus afferendam repudiaverit. Italia, Germania et Iaponia post Bellum Mundanum Alterum hanc viam carperunt et nunc fructibus gaudent pacis. Utinam mox Russia quoque dulcedinem pacis et concordiae cum gentibus propinquis experiatur!

Priusquam finem faciam, quid *Praeco* de *Vladimiro Putin* scripserit raptim aestimandum est. Diurnarius enim dicit se pro certo habere praesidem Russum “*ab historiographis olim praedicatum iri unum ex Ruteniae principibus de patriâ suâ meritissimis*”. Quare hoc censeat statim patefacit: “*Annis nonagenariis Rutenia fuit – ut modo dixi – terra verê defecta. Anarchia, corruptio, mafia et similia in Russiâ illo tempore praevaluerunt. Licet Putinum parum diligas – tamen oportet ut concedas eum hanc terram perturbatam ad ordinem redegisse*”. Si pro Ruthenia Germaniam scribamus post Bellum Mundanum Primum et pro *Vladimiro Putin* *Adolphum Hitler*, sententia sensu omnino non careat, sed desideretur res haud minuta, i.e. Bellum Mundanum. Decursu enim aetatum hic illic tyranni haud raro oriuntur, qui rem publicam “*ad ordinem*” redigunt, ordo autem iste ex necibus, sceleribus ac libertatis oppressione constat, ut *Alexius Navalny* coram universo orbe terrarum facillime testaretur, si adhuc viveret, et ad bellum plus minusque ingens cum gentibus finitimis creberrime ducit. Itaque perraro accidit, ut dictatores quales fuerunt *Mussolini*, *Hitler* et *Stalin* ab historiographis probis praedicentur principes de patriâ suâ meritissimi. Si de adversariis domi peregreque necatis tacemus et *Tsetsenorum* centena milia occisorum silentio praeterimus, *Putin* minime lacessitus duas res publicas sui iuris invasit – *Georgiam* dico *Ucrainamque* – incolasque insontes complures trucidandos curavit. Principes de sua patria meritissimi usitate aliter se gerunt.

Russi non *Ucrainos* vel *populos Hesperios* cavere debent, qui usque ad annos proximos praeteritos gasium petroleumque Ruthenum magna cum laetitia emebant, sed *Sinenses*, qui memoria elephantina praediti procul dubio recordantur quousque fines Caelestis Imperii olim patuerint. Si *Russi* non sapiunt, cras pugnabunt non ad *Bakmut* ut *Ucraina* orientali potiantur, sed ad *Vladivostocium* ut *Sibiriam* servent. Tunc autem pugnabunt soli.

Optime vale.

d.14. m.Iun. a.2024 h.03:07

NICOLAUS MARCO SUO STUDIORUM MARTIALIUM DOCTISSIMO SAL.PL.DIC.

Gratias ingentes, Marce carissime, pro commentario Colloquii Praeconiani prolixo! Quia dissertationem scripsisti de themate martiali, facile intellego Colloquii argumenta nonnulla tibi esse notissima. - Video te suspicari *Putinum* clam somniare de Imperio aut Caesareo aut Sovietico restaurando et velle *Ucrainâ* totâ expugnatâ reliquam partem Europae *tuburcinari*. Quod *Vladimirus Putinus* a diurnario rogatus nuper strictê negavit aliquatenus indignatus ipse rogans diurnarium, num iste tam stultus esset quam mensa (pugno pulsans mensam ante se statutam). Se non ignorare, quot et quanta arma sint *Natonianis*. - Ut verum confitear, care amice, puto in hac re ferê omnes diurnarios occidentales - *Putini* cupiditatem dominandi nimis magni aestimare eundemque cum *Napoleone* aut cum nefando illo *Austriaco* *Germaniae* duce omnium nocentissimo parum moderatê comparare. Puto *Putinum* melius nosse facultates militares et *Russiae* et *Natonis*, quam ut tantâ megalomaniâ laboret. Ceterum n o n puto *Putinum* eo quod a.2022 invaserit *Ucrainam*, vehementius ius gentium violasse quam *Americanos* in *Crisi* illâ *Cubanâ* et sescentis in casibus aliis: Imperium non patitur ruchetas atomicas alterius Imperii statui ante ianuam domûs suae. Sed quamquam *Americanis* persaepe iam ius gentium violaverunt (saepius quam omnis alia natio orbis terrarum), nemo usque nunc ausus est *Americanis* sanctiones oeconomicas imponere. Apparet stupenda inaequalitas ponderum librae. - Ceterum mihi plerique commentatores occidentales videntur saepe *Russiam* modernam iniustê aequiperare *Unioni Sovieticae*. Quod attinet ad *libertatem diurnariorum*: non video eandem adhuc satis valere in nostris terris occidentalibus, quae adhuc

dicuntur esse democraticae. Sed si russicos nuntios (quos ille Praeco cottidie in theodiscum convertit) cum solitis occidentalibus comparaveris, reverâ invenies diurnarios Russos hodiernos non iam scribere illo more quo scripserunt relatores illius ephemeridis socialisticae, c.t. *PRAWDA*: E contrario Russi diurnarii hodierni scribunt multo minore cum fuco, multo rarius adhibent iudicia praeopinata quam soliti nostri *scriptores aulici*, qui nihil scribunt nisi laudant gubernationem et maledicunt oppositioni, quam non desinunt increpitare nomine nacistarum. Nostri diurnarii iam pridem non sunt independentes: ut unum tantum exemplum afferam: "*Speculum Hammaburgense*", horreum illud nuntiorum olim propter aciem suam criticam praedicatum, accepit 5 miliones euronum a *Vilelmulo Portario (Gates)*. Tune serio credis Specularios ex illo tempore quo miliones *Gatesianos* acceperunt, umquam rectê et verê et iustê et obiectivê et neutraliter rettulisse de pseudopandemiâ deque pseudovaccinatione (quae sunt scelus et scandalon totius historiae medicinae omnium infamissima)? Nemo libenter serrâ dissecat ramum arboris, in quo ipse sedet, (ferê) omnes *pascentem sequuntur*... Sed haec est fabula maior quam nunc possit enarrari... Habeo autem alterum fontem, in quo Russia moderna eiusque Praeses laudantur; auctor eiusdem est - mirum dictu! - Americanus diurnarius. - Tales fontes perrari sunt. Sed multo plures laudatores Putini Russiaeque invenies in terris MERIDIEI GLOBALIS - quae nunc - mundo unipolari magis magisque in pluripolarem mutato - se ex brancis Americanorum evulsas in dies plures se convertunt ad Russos aut ad Sinenses: NATO et G7 debilitantur, BRICS augetur - quid restat nobis Europaeis miserrimis? Videamus, quid serus vesper vekat... In appendice accipias versionem meam textûs *Varoliani*. Tolle lege mirare de verbis quae de Russiâ Russisque facit **IOHANNES VAROLIUS** Americanus diurnarius, qui nuper fecit iter in terram *Putini*. Si perlegeris, scribe mihi quaecumque tibi in buccam venerint! VALE BASILICÊ, MI CARE MARCE, ET PERGE MIHI FAVERE.

MEDULLITUS TE SALUTAT
NICOLAUS LEO LATINUS

MAXIMILIANUS PULCHER MYSTAGOGUS AUGUSTANUS

d.28. m.April. a.2024 h.22:05

Maximilianus Nicolao suo salutem plurimam dicit.

Quomodo, amice, interim vales? Equidem optime. Cuncta mihi hoc tempore quadrata currunt. Tibi opto, ut eodem modo sit. Nam paululum mirari incipio, quod tam diu nihil iam ex te audivi. Sed id sedulitati tuae attribuo, qua in operas incumbere soles. Sin aliter, mihi nuntia, quaeso!

De sorore mea laeta nuntiare ad te possum. Medici inspiciendo paene nullum iam germen morbi invenerunt! Miraculo quodam ad sanitatem pervenit. Incredibile, quam vehementer de sororcula gaudeo. Nunc unum opto, ne recidat.

Proximo die Solis, qui erit **dies quintus mensis Maii (05.05.)** Augustam Vindelicum urbem lingua Latina facili monstrabo. Experimentum ad usum discentium erit, quia verba deponentia, modum coniunctivum, sententias secundarias (praeter enuntiata relativa) vitabo.

Hora prima post meridiem ante curiam Augustanam (Augsburger Rathaus) conveniemus. Te antea promittere et nomen dare non est necesse. Adulti 15 € solvent. Pueri et puellae, studentes, redituarii, imminuti 10 € solvent. Vehementer gauderem, si te per eam occasionem Augustae Vindelicum salutare possem. Vale multum!

bellus delphin

Maximilian Schön
Sterntalerweg 35
86199 Augsburg
0821 / 9069613
mobil 0173 5874852

maximilianus-schoen@t-online.de
maximilianus-schoen.jimdosite.com

d.29. m.Apr. a.2024 h.11:50

NICOLAUS MAXIMILIANO SAL.PL.DIC.

Gratias plurimas, mi care Maximiliane, pro epistolio periucundo! **Valde vehementerque congaudeo de sororis tuae reconvaescentia mirabili.** Gratulor Margaritae intimo ex corde et exopto, ut sine ullâ umquam recidentîâ pergat reconvaescere et plenam valetudinem feliciter recuperet. - Praeconium monstrationis tuae Augustanae, Maximiliane mystagoge, inseram Epistulae Leoninae 288, cui perficiendae his diebus incumbo laboriosê. - Ceterum doleo, quod die Saturni particeps fieri non potui acroaseos Theoderici - tune eum audivisti? Vocem eius audire non potui propter novum cephalophonum adhibitum, quod nondum erat adaptatum ad computatrum meum. Haec hactenus breviter, mox certê plura. - Tu et Margarita pancraticê valeatis mihique favere pergatis. **Medullitus vos salutat Nicolaus Leo Latinus**

d.08. m.Maii a.2024 h.22:46

Maximilianus Nicolao suo salutem plurimam dicit.

Heri ad ordinatrum meum tua Epistula Leonina 288 allata est. Maxime laetor, quod fabulam *Ferdinandi von Schirach* in Latinum sermonem vertisti. Nam is scriptor luculentus est. Gratias tibi ago, quod dies, quibus Augustam Vindelicum noscendi cupidus monstrabo, in Epistulam Leoninam inseruisti. Interim tres periegeses Augustanas peregi cum magna mea audientiumque delectatione. Die Martis nonnullis discipulis, qui nunc quartam classem scholarem frequentant, urbem monstrabo. Spero me eos et eas impellere posse, ut linguam Latinam mox addiscere velint. **Vale multum!**

d.08. m.Maii a.2024 h.23:46

NICOLAUS MAXIMILIANO SUO OPTIMO S.

Gaudeo quod Leoninam meam novissimam acceptam non reprobas, immo laudas. Gaudeo etiam, quod nunc statim directê accipere potes meas Leoninas (quod antea mihi compluries scripseras fieri non posse). Maximê gaudeo monstrationes tuas Augustanas iam feliciter inchoatas esse. *Ferdinandi* fabulas criminales iam plures converti ex tribus tomis excerptas, q.t. *Culpa* et *Scelus* et *Poena*. Utinam mihi contingat, ut omnes fabulas huius triadis convertam. Quid tibi in buccam venit versionem meam fabulae *Erici Mariae Remarque* (*In occidente nihil novi*) perlegenti? Novistine textum eius originale? Tu autem necnon soror tua *Margarita* valete pancraticê et basilicê et carpite diem. **Medullitus vos salutat Nicolaus.**

d.04. m.Iun. a.2024 h.11:06

Maximilianus Nicolao suo salutem plurimam dicit.

Res Latina in Germania meridionali nostra procedit et progreditur. Nuper *Gregorius Portenta* in "*Otia mea*", qui est situs interretialis eius, nitidam pelliculam collocavit, in qua narrationem *Francisci Kafka* (i.e. Latinê *Graculus*) scriptoris lingua Latina recitat. - Die Solis (09.06.) proxima ambulatio Latina Augustana erit. Hora prima postmeridiana ad Portam Rubram (*Am Roten Tor*) conveniemus. Fortasse *Gregorius Portenta* aderit. Visne te nobis ambulantiibus adiungere? Gratissimus aderis. Spero *Hilaram* inundantem te tuosque non proluisse. Sed certe in ambulatione matutina, quam conficere soles, aliquid eluvionis animadvertisti. **Vale multum!**

bellus delphin

Maximilian Schön
Sterntalerweg 35
86199 Augsburg
0821 / 9069613

mobil 0173 5874852

maximilianus-schoen@t-online.de

maximilianus-schoen.jimdosite.com

d.08. m.Iun.2024 h.23:57

NICOLAUS MAXIMILIANO PULCHRO SUO OPTIMO S.

In appendice, care amice, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo 'Röper' = (Aus)rifer') cum *Romano Cellario* (Roman Zeller) de Russiâ Russisque habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba *Praeconis* et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Medullitus te salutat **NICOLAUS**.

HORATIUS ANTONIUS BOLOGNA

d.30. m.Apr. a.2024 h.20:48

Horatius Nicolao s.

Puto te optime ualere. Ipse nunc bene ualere conor, quamuis occupatissimus sim. Si ad me die Iouis mittes, bene est. Sed te oro atque obsecro, ut matutino tempore ad me Praefationem mittas. Mihi, ut uides, est faciendum quod domus editoria iubet. Festinat, nescio qua re. Et ipse miror. Nox tibi iucunda sit. Medullitus te saluto. **Horatius**.

d.28. m.Maii a.2024 h.06:14

Nicolao optimo s. d. Horatius.

Nonnullos dies nuntium tuum frustra exspectauit. Quid tibi accidit, quid tam praecipui et noui agis, ut nullum epistolium amplius ad me mittas? Timeo, ne epistolam meam, quam postremam misi, tibi dedecori uel iniuriae fuerit. - Ipse postremas libri plagulas exspecto. Quibus inspectis, bibliopola librum praelo dabit, ut die XVII mensis Iunii in uolgus edatur. - Felicem et serenum tibi exopto diem nec non optimam ualetudinem. Te medullitus amplector et saluto **Horatius**.

d.28. m.Maii a.2024 h.13:23

NICOLAUS HORATIO SUO OPTIMO SAL.PL.

Nulla causa est, mi bone amice, sollicitandi: Epistolam tuam d.21. mihi allatam perlêgi animo elato. Utinam plagulas accipias optimê confectas, ut liber quam maturrimê detur prelo. Suspenso animo exspecto opus tuum novissimum pulcherrimo involucro editum. - ... **Vale basilicê, mi Tammargene. Medullitus te salutat Nicolaus.**

d.03. m.Iun. a.2024 h.06:25

Nicolao Optimo s. d. Horatius

Hesterno die in bibliopolam librum postremum mandatam misi. Intra paucos dies in uolgus edetur! Nam bibliopolae editor dixit librum die XVII mensis Iunii editum iri. Quo accepto statim exemplar ad te mittam. Nunc uero tranquillior sum, quia carmina illa, quae XLV per annos confeci, tandem edentur. Deo gratias maximas et plurimas. - Cuius copeti(?) duobus sunt amicis gratiae maximae et plurimae reddendae, quorum alter, et praecipuus, est *Michael von Albrecht*, qui me semper est solatus, hortatus; alter es tu, qui praeter praefationem, me hortatus es, ne animo in difficultatibus et angustiis deficerem. - Diebus autem uenturis, post *Gratiani* uersionem emendatam, Musas Latinas colere possum. Haec hactenus. Te medullitus saluto et fraterne amplector. **Horatius**

d.05. m.Iun. a.2024 h.01:02

NICOLAUS HORATIO SUO SAL.PL.

Gratias magnas pro nuntio tuo; utinam quam maturrimê edatur libellus tuus novissimus pumice politus. Occasionem nactus narra mihi de *Gratiano* illo deque versione, quam scribis. Libentissimê

perlegam epistolia tua proxima. Vale basilicê, mi care Horati. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

d.08. m.Iun. a.2024 h.23:56

NICOLAUS HORATIO SUO DILECTISSIMO SAL.PL. S.V.B.E.E.V.

Quid fit, quid agitur? Iamne accepisti libellum tuum novissimum? Utinam animâ purgatâ atque relaxata dies tibi luceant clariores! Ut animum tuum avertas a curis, mitto tibi colloquium quod habuit *Praeco* cum *Cellario* de Russiâ Russisque. Si vacabis, scribas mihi, carissime, quid tibi videatur de sententiâ *Thomae Praeconis*. Vale semper pancraticê et perge mihi favere.

Medullitus te salutat NICOLAUS

d.09. m.Iun. a.2024 h.06:53

Nicolao optimo Amico s. D. Horatius

Epistola tua libentissimo animo perlecta, statim ad te paruulum mitto epistolium. Hodie mecum est frater, quam ob rem nequeo statim *Praeconis* colloquium legere. Paucis lineis uisis, sum modo tuo scribendi raptus, quia sermo Latinus e puro fluit fonte. - De libro meo pauca. Plagulis iterum lectis et paucis mendis sublatis, emendationem in bibliopolium misi. Hesterno die libri curatrix me certiore fecit se ad me denuo plagulas missuram, ut postremum uideam, ante quam ad prelum tradantur. Volumen mihi ualde placet et pulchrum uidetur. Idem exemplar ad te mittam, ut ipse qui libri sit pondus uidere possis mecumque gaudeas. - De *Gratiani Decreto*, pauca tantum dicam oportet. - Magnum est uolumen, quod 1.196 paginis constat, latine conscriptum. Est Lipsiae per domum editoriam Teubnerianam editum a. MDCCCLXXXVII. De iure ciuili et canonico praesertim agit *Magister Gratianus*, Clusinus natione et apud Bononiensem uniuersitatem professor. Auctor, ut putatur, est circiter a. MCCXXV mortuus. Totum uolumen in Italicam linguam uerti, eidem uersioni emendandae his mensibus operam do, spe fisis fore ut quam primum et illud opus edatur. Haec uno pede stans, quia opus est haud simplex et compositum. - Dies Dominica tibi tuisque iucunda sit. Medullitus te, strenue Linguae Latinae cultor ac defensor, saluto. **Horatius**

d.09. m.Iun. a.2024 h.07:54

NICOLAUS HORATIO SUO AMICO SAL.PL.DIC.

Tibi congaudeo, care Horati, quod tempestate finitâ sol denuo tibi arridet. Gratulor tibi, quod ingens opus in sermonem tuum patrium convertisti. Babae, Hercules es! Utrumque opus tuum libenter in proximâ Epistulâ Leoninâ annuntiabo. Si volueris, scribas summaria. Pancraticê vale, mi felix Horati, et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

d.17. m.Iun. a.2024 h.06:48

Nicolao optimo s. q. p. d. Horatius

Me excusatum habeas, rerum dulcissime, quia per aliquot dies ad te nullum de me nuntium misi. His uero diebus, et hoc mihi confitendum est, otio aliquatulum temporis, mecum cum esset nepticula, animum meum dedi et parumper amicos seposui, quorum sum minime oblitus. - Cum autem in uiridario, quod domum meam circumdat et est multis arboribus semperuirentibus ornatus ac ditatum, Camenarum spiritum nec non susurrum audiui. Laetatus sum et statim, domum reuersus cum nepticula, calamo arrepto, hos uersus, modis Alcaicis confectos, libenter panxi:

*Ferociris morsibus aspidis,
crudelioris dentibus Africae*

vastae leonis tigridisque,

cum uideant homines nefastos...

Quos una cum ceteris uersibus post idoneum limae laborem, qui, uti scis, est semper necessarius habendus, ad te mitto, ut euolgare possis, si digni sint putati, ut a doctis legerentur uiris. - Hodie, tempore pomeridiano, Roma relicta, amici rus peto ad lacum Turanensem. Lacus oppidulum, cui *Castel di Tora* index, adluit et amoenum praebet facitque locum. - Ibi una cum uxore et Anna

nepticula, quae VIII agit annum, ad animi corporisque uires reficiendas nonnullos degam dies. - Nunc uero ad *Gratianum* emendandum curro. Medullitus te fraterneque amplector. Iubeo te ualere.

Horatius

d.17. m.lun. a.2024 h.19:19

NICOLAUS HORATIO SUO OPTIMO S.

Valdê gaudeo, Horatio carissime, quod anima tua videtur esse placata atque refocillata. Gratias plurimas pro versibus! Restat quaestiuncula: Vide primam lineam: Primum uerbum non ita bene intellego. Quae forma est "*ferociris*"? Duciturne a *ferociendo*? ferocire, -io i.q. *ferociter saevire*? Explica, quaeso, mihi. *Ferociris morsibus aspidis*, Haec raptim, mox certê plura. Tu ne cede malis sed contra audentior ito! Vale basilicê, mi optime. Medullitus te salutat **NICOLAUS LEO LATINUS**

d.17. m.lun. a.2024 h.20:53

Nicolao Optimo s. d. Horatius

Est *ferocioris*. Error, uel potius, horror digiti. Basilice uale. **Horatius**

d.24. m.lun. a.2024 h.17.43

Horatius Nicolao optimo s. p. d.

Te optime ualere puto, rerum dulcissime. Hesterno die, perpaucos post rusticationis dies, sum domum reuersus. Ob nimium calore Roma aestuabat, sed hodie pluit et aer aliquanto frigidior uidetur. Melius est, quia domus, sole urente, furno haud dissimiles sunt. - Cum autem ad lacum commorarer et nepticula cum amica eandem fere aetatem agente ad lacus ripas luderet, ipse carmen, domi inceptum, ad finem adduxi. Locus, ubi ab uxoris amica sum hospitio acceptus, mirus est, quia domum multae circumdant arbores, quarum maior pars fructus ferunt, ut cerasus, pirus, mâlus et praesertim uites. Circa uillam quercus sunt etiam uel ulmi, uel ilices, uel fagi, uel rubi. Hic, ut ait Vergilius, frigus captaui opacum et sum cum Misis parumper reconciliatus. Longum silentium et praesertim animi aegritudines mihi damno fuerunt et sunt. - Ad te postremum carmen mitto ea fisis spe, fore ut êdas, si dignum quod edatur tibi lectoribusque uidetur. Sed te oro atque obsecro, ut idem semel iterumque legas et si quid mendi inuenias, me certiolem facias ut menda tollam. - Tibi imo ex corde gratias plurimas ago. Medullitus te saluto et fraterne amplector. **Horatius**

NICOLAUS HORATIO SUO RECONVALESCENTI S.

Perplacet mihi epistula tua idyllion quoddam depingens necnon perplacet carmen tuum gratâ mente pactum. Apparet procellis transactis te nunc navigare per aquas placidiores, ingenium tuum poeticum reflorescere - Deo gratias agamus! Tres tantummodo locos carminis tui pulcherrimi uelim mihi explices - quos non ita bene intellego:

(1)

Fatale mansit carmen in omnibus
aetatis anni, pessima terruit
irata quo pectus Megaera
discipuli tenerum Camenae.

Nonne: *aetatis annis*? (abl. pl.)

(2)

Errare cuncti *terrigenae* solent,
uisis papillis, cruribus horridis, 30
quae feminae praebent procaces,
deliciis hominum fruentes.

Nonne: *terrigenae*?

(3)

Rebus severae stantibus arbitrae,
quae corde fisis fallere nescias 90
sese putant, ducunt malorum

pectus inerte fuisse fontem.

Quae forma est "**inerte**"? Acc.sg.n. est "**iners**".

Hos locos si mihi explicaveris, carmen tuum amicitiae verae atque sincerae plenum libentissimè divulgabo. Vale semper, medullitus te salutat **NICOLAUS LEO LATINUS**.

d.03. m.Iul. a.2024 h.20:32

https://www.youtube.com/watch?app=desktop&v=LTAJ_RsQLac

Intervista al professore Orazio Antonio Bologna per il suo libro "Manfredi di Svevia"

Mio caro Orazio,

che bella donna ti ha intervistato! E con quanta erudizione e arguzia hai risposto nella tua bella lingua madre! Mio caro amico, la vita è così interessante, la tua poesia è così bella, ti prego di restare con noi e di deliziarci con i tuoi versi latini... Non si arrenda! Alla pioggia segue il sole. Cordiali saluti **Il tuo NICOLAO**

d.04. m.Iul. a.2024 h.08:59

Nicolao optimo Amico s. q. p. d. Horatius

Pro duobus nuntiis tuis, rerum dulcissime, plurimas ac gratias ago. Optime dixisti pulcherrimam mulierem esse de Manfrido percontatam. Quod multos iam anno euenit, quia unus de Manfrido uera dixi:

1. Vbi sit a. d. V Kal. Marias a. MCCLVI pugna facta.
2. Vbi primum si Manfridi cadauer sepultum.
3. Quo duobus post menses omnibus insciis regis cadauer translatum sit.
4. Qua de causa Pontificum excommunicationes irritae sint.
5. qua de causa Dantis Alagherius in Purgatorio posuit Manfridum et patrem eius Fridericus II in Inferno.

Quae in libro inueniuntur nullus umquam uestigator dixit.

Hesterno die, Amice dulcissime, ad me quaedam voluminis mei exemplaria, quibus Latina Siren index, sunt per cursores publicos allata. Quam primum ad te per cursores publicos unum exemplar mitto. Volumen est pulcherrimum, ut uidere potes. - Tibi, Amice, plurimas gratias ago, quia optimam et pulcherrimam praefationem scripsisti. - Si uis, de libro nuntium euolgare poteris, si quod tibi gratum sit. - Cura interea, ut quam plurimum ualeas. **Medullitus te amplector. Horatius**

d.04. m.Iul. a.2024 h.14.14

NICOLAUS HORATIO SUO S.

INTIMO EX CORDE, MI CARE HORATI, TIBI GRATULOR DE LATINA SIRENE NUNC TANDEM EDITA! SUSPENSO ANIMO EXSPECTO EXEMPLAR A TE MISSUM. GRATIAS PLURIMAS PRO REBUS MANFRIDIANIS A TE SAGACISSIME INVESTIGATIS!

HIS DIEBUS PERFICIO EPISTULAM LEONINAM 289, QUAE EST IAM VALDE COPIOSA (HABET PAENE PAGINAS TRECENTAS). MULTA ETIAM INSUNT POETICA. IUBILANS ENUNTIABO LATINAM SIRENA TANDEM ESSE IN LUCEM EDITAM. -

VALE SEMPER ET GAUDE DE SOLE POST PLUVIAM FELICITER TIBI ARRIDENTE...

MEDULLITUS TE SALUTAT NICOLAUS.

MAURUS PISINI

d.09. m.Maii a.2024 h.00:23

Maurus Nicolao s.

Heri, prima nocte, accepi EL novissimam et, ea cursim pervoluta, nonnullis argumentis valde sum delectatus. - Navitatem tuam in excudendis verbis miror, probo, votis prosequor, sperans fore ut haud pauci sint non modo viri docti, sed etiam scriptores hoc nomine digni qui iisdem uti velint.

Pro dolor, enim, hodiernae Latinitatis auctores, narratores, praesertim, haud mediocri ingenio praediti, iamdiu quidem desiderantur. Mea sententia, unus tantum superest: *Orestes Carbonero* cuius laudes quam saepissime praedicandas puto. - Quid, praeterea, de poetis, meis plerumque collegis? Lacrimis detineor. Cetera legam pedetemptim, ut soleo, at '*Echus Voces, Epistulas*' quam primum nec sine summo gaudio. Ibidem enim amicorum quorundam verba semper laetus invenio.

Valeas, amice, meque meaque perge diligere.

d.09. m.Maii a.2024 h.01:38

NICOLAUS MAURO SUO S.

Gaudeo quod tu legis *ECHUS VOCES EPISTULAS*, quae mihi semper maximê cordi sunt. Valdê cupidus sum epistulas sodalium Latinas quam diligentissimê colligendi et publicandi; tales mihi videntur esse cimelia et documenta Latinitatis vivae tertii millennii pretiosissima. Ergo, si me delectare vis, care Maure, scribe quam saepissimê et quam Latinissimê. Vale basilicê, poeta laureate, et perge mihi favere. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

d.10. m.Maii a.2024 h.10:10

LEO LATINUS MAURO PISINI POETAE LAUREATO SAL.PL.

Valde laudas, care Maure, *Orestem Carbonarium*. Certê iam diu eius nomen mihi nôtum est, sed pauca tantum lêgi scripta eius. Nonne fieri potest, ut mihi commendes eius opera praestantiora? Ubi nunc divulgat scripta sua? Habesne eius inscriptionem cursualem? Gratias ago in antecessum. Pancraticê vale et perge mihi favere. **Medullitus te salutat LEO LATINUS.**

d.11. m.Maii a.2024 h.10:49

Maurus Nicolao s.

Quod a me petis, carissime, ab ipso *Oreste Carbonero*, ubi primum potero, libenter petam, ut invicem de narrationibus, quas ille per annos admirabili ingenio conscripsit, communicare valeatis. **Te fraterne amplector.**

d.20. m.Maii a.2024 h.08:21

Maurus Nicolao s.

En tibi, Nicolae, inscriptio cursualis *Orestis Carbonero* cui epistulas, quas ille a te exspectat, per publicos tabellarios mittere poteris. --- Ille enim neque instrumentum computatorium adhibet neque electronicum litterarum cursum. **Quam maxime valeas.**

d.20. m.Maii a.2024 h.12:37

NICOLAUS MAURO SUO POETAE S.

Gratias plurimas, care Maure, pro inscriptione cursuali *ORESTIS CARBONARII*. Obstupefactus non possum quin laudem eundem Latinitatis Vivae resuscitatore strenuum, qui firmiore animo esse videatur quam ut cedat *SPIRITUI TEMPORIS TEMPORIBUSQUE SERVIAT*: Qui fortasse est ultimus homo academicus tantâ constantiâ morum praeditus, ut recuset, ne utatur instrumentis communicandi electronicis. SOPHOS! *DIOGENES* ille dolii inhabitator dicitur lucido die per Athenas vagatus esse lanternam manu tenens; rogatus, quidnam istud sibi vellet, respondit se *quaerere hominem*. Num nos, care Maure, *ORESTEM* invenimus electronicae fallaciae contemptorem ultimum et unicum relictum - *HOMINEM VERE HUMANUM*? Suspenso animo exspecto responsum tuum. Vale semper. Utinam inspiremur a Spiritu Sancto Pentecostali. Qui mentes nostras illuminet. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

d.21. m.Maii a.2024 h.08:36

Maurus Nicolao s.

Non omnia, dilecte amice, quae moderni temporis indoles nobis suadet adhibenda eodem modo unumquemque nostrum iuvant. *Orestes* enim, quantum scio, hodierna communicationis

instrumenta, paucis tantum exceptis, a se omnino aliena sentit iisque minime movetur. Certe, sine innumeris ordinati beneficiis, quibus ipse, e.g., carere nequeo, cotidiana inter homines communicationes fiunt magis arduae earumque cursus lentior, non autem minus efficax cogitationum pondus. **Vale.**

GABRIEL HEINKEL TUBINGENSIS

d.30. m.Apr. a.2024 h.20:02

Gabriel Heinkel Nicolao Groß svo salvtm.

Care domine *Doctor Groß*, quomodo Te habes? Discipulus Humboldtianus pristinus loquor. Magno cum gaudio has litteras electronicas ad Te mitto, ut Tibi aliquid novi afferam. Baccalavreatu finito interim quattuor semestria in universitate Tubingensi studere perrexi atque hoc studium philologiae antiquae mihi etiam nunc valde placet. Deo volente etiam divitius in universitate laborans manebo. Cotidie sanctum Hieronymum patronum nostrum precor, ut me in clavstris vel pensis domesticis scribendis adivvet. Clavstra generis Latine scribendi ultima correcta mihi nota 1,0 tributa est! Praeterea nuper opus domesticum de utroque Plinio eruptionem Vesuvii montis patiente (Plin.*epist.*VI,16.20) scripsi disservique, quomodo Plinius minor mortem avunculi sui ac se ipsum superstitem descripsisset. - Semestribus novissimis cursum non coactus, cui titulus "Latinitas viva", a domino doctore *Polleichtner* oblatum est, in quo narraui, quam bene Tu Latine loqui scires et qualem pronuntiationem per Te didicissem. Nescio an philologiae Graecae Latinaeque non studerem, si olim non Tu magister meus fuisses. Saepe Epistulas Leoninas abs Te missas diligenter lego et magni aestimo animum Tuum de argumentis politicis libere scribendi (quod a Graecis παρρησιάζεσθαι appellabatur, nonne?) Ipse foedus *Sabrae Wagenknecht* novum adivvo. Oremus quidem pro pace toto in orbe terrarum! **Medullitus Te salvtat Gabriel Heinkel baccalavreus artium. Vale!**

d.30. m.Apr. a.2024 h.21:55

NICOLAUS LEO LATINUS GABRIELI HENRICO OLIM DISCIPULO SUO NUNC BACCALAUREO SAL.PL.DIC.

Gratias plurimas, care Gabriel, quod mihi scripsisti epistulam tam prolixam! Sanè miror, quantum progressus sis in arte Latine scribendi colenda. Gratulor tibi de nota operis tui excellentissima! Illa epistula Pliniana, quam tractasti, mihi valde placet, maximèque placent mihi Plinii maioris mores et studia. Qui non solum sedulissimè studebat naturae rerum pernoscendae, sed etiam monte ignivomo erupto magna cum audacià conatus est hominum vitam servare; quo conatu videtur mortuus esse. Gaudeo quod particeps es cursu Latinitatis vivae institutorii; narres mihi, si vacabis, de methodo et argumentis Domini *Polleichtner*. Haec raptim, quia occupatus sum praefatione cuiusdam editionis poeticae scribenda, quae cras erit poetae mittenda. Mox certè plura. Utinam studia tua evadant felicissimè, mi care Gabriel, perge Latine loqui et scribere. Haec hactenus, mox plura. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

d.10. m.Maii a.2024 h.10:04

LEO LATINUS GABRIELI SAL.PL.DIC.

Care Gabriel, quid telephonas tempore nocturno? Non est necessarium telephonest, scribe mihi litteras. Nos telephono saepe utimur propter labores profesionales et graphocraticos. Itaque melius est scribere. Gaudeo, quod iam bene Latine scribis. Nonne vis scribere relationem Latinam in Epistula Leonina publicandam? Iamne Epistulam Leoninam 288 acceptam perlegisti? Quid tibi videtur de symbolis? Scribe mihi quidquid tibi in buccam venerit. Pancraticè vale, mi care Gabriel. Medullitus te salutat **LEO LATINUS.**

d.21. m.Maii a.2024 h.20:20

GABRIEL LEONI LATINO SVO SALVTEM

Care Leo Latine, Tibi gratias ago, quod artem Latine scribendi meam laudasti. Eqvidem valde gavdeam, si litteras superiores meas in Epistvla Leonina Tva pvblices. In cvrsv Latinitatis vivae vix Latine loqvebamvr, at textvs Latinos scribebamvs recitabamvsqve. Et libro lingvae Latinae per se illvstratae dominvs *Doctor Polleichtner* pavlvvm vtebatvr. Semestri praesenti hic cvrsvs non iam committitvr, quod dolendvm est. Sed nvper cognovi doctorandvm Tvbingensem offerre cvrsvm Graecvm, in qvo vtentes libro "*Athenaze*" Graece vero loqveremvr! Hvic cvrsvi Φιλελληνίζοντες nominato nvnc quidem magno cvm gavdio intersvm. **Medvllitvs Te salvto, care Leo Latine. Vale!**

d.22. m.Maii a.2024 h.00:57

LEO LATINUS GABRIELI SUO SAL.PL.DIC.

Gratias plurimas, care Gabriel, pro litteris tuis eleganter scriptis. Perge quo coepisti! Libenter publicabo litteras tuas. Gaudeo, quod particeps eris cursûs institutorii Graecê loquendi. Haec raptim, mox plura. Pancraticê vale, mi care Gabriel, et perge mihi favere. **Medullitus te salutat Leo Latinus.**

d.09. m.Iun. a.2024 h.01:19

**LEO LATINUS GABRIELI SUO LATINITATIS NECNON GRAECITATIS
STUDIOSISSIMO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.**

Ut vales, Gabriel ingeniose? Quid fit, quid agitur? Esne adhuc particeps seminarii Latinê loquendi? In appendice, discipule fidelissime, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo 'Röper' = (*Ausrufer*')) cum *Romano Cellario* (*Roman Zeller*) **DE RUSSIA RUSSISQUE** habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba *Praeconis* et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. **Medullitus te salutat NICOLAUS**

MICHAEL FABER SARAVIENSIS DOMINUS CASAE GRAMMATICAE

d.15. m.Maii a.2024 h.23:25

NICOLAUS LEO LATINUS MICHAELI FABRO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

Care Michael, quid fit, quid agitur? Casa tua Grammatica num adhuc stat sana atque integra an iam pridem collapsa est? Rectêne vales? Accepistine Epistulam meam Leoninam 288? Quid tibi videtur de singularum symbolarum dictione et argumentis? Placentne an displicent? Scribe mihi de iisdem quidquid tibi in buccam venerit. - Nomen tuum legenti in mentem mihi venit ille dies (nescio utrum anni 1975 an 1976), quo acroasin audivimus **Professoris Petri Lapididae**; bene memini te (brevis post immatriculationem tui) ornamentis corporationis alumnorum academicorum more tradito ornatum, cum Lapidida numerum aliquem diei historiae Romanae attulisset, subito eundem interruptum acriter interrogavisse: "*Estne hoc factum ante an post calendarium a Caesare reformatum?*" ("*Vor oder nach der Kalenderreform durch Cäsar?*") - Numquam obliviscar vultum *Lapididae* obstupefactum et rubore offusum et indignatissimum; post nonnulla momenta summae suspensionis bonus lapidum caesor dentibus frendens mussitavit contumaciter:

"Hoc factum est p o s t calendarii reformationem". - Certê memoriter tenes illam cenam palaeophilologorum, quae semestri exeunte fieri solebat prope vicum *Heckendalheim*. Illa cena solebat esse *assum oscillatorium* (*Schwenkbraten*). Recordarisne etiam incendium illud periculosum, quod extinguendum cum ceteri tum *Nicolaus Vervex* sedulissimê curavit? - Certê recordaris *Varnerio Mylio* regente iter in Graeciam factum; recordarisne etiam noctem illam fatalem, quâ fuimus in deversorio, cuius conclavia scatebant magnis blattis (*blattae, neograecê: κατασπίδες*), quibus animalculis aspectis puella quaedam tanto horrore correpta est, ut recusaret, ne dormiret in conclavi suo et per totam noctem versaretur foris ante deversorium hysteriae suae indulgens? - Alia scaena mihi in mentem incidit, sed nescio num tu eandem expertus sis: illa

ridicula valedictio *Professoris Echardi Fabri* primo sollemnis et severa, postea verê turbulenta et rixosa: Nam *Petrus Lapidida*, qui, corpore compacto atque crassiusculo, parum mobili, sermone parum prompto, minus eleganti, sed animo irritabili, industrioso, perseverantissimo - propter nimiam discrepantiam indolis et morum - ex animo oderat *Fabrum* collegam suum semper versatilem, versutum, linguâ promptissimum, sed multo minus diligentem sedulumque, cuius mores optimê describuntur verbis *Terentii* comoediographi: *Anguilla est: elabitur*. - Occasionem nactus sollemnitate collegae valedictoriae (*Faber*; ni fallor, Heidelbergam transmigraturus erat) *Lapidida* habuit orationem invectivam aculeatissimam: Verba eius quae memoriae meae inhaeserunt sunt ea: "*Sie haben sich vor der Verwaltungsarbeit gedrückt! Sie konnten Ihren Forschungen leben!*" (Tu subterfugisti labores administrandi! Tu potuisti te dedicare investigationibus tuis!) - Bonus *Echardus* autem cum nullo modo inquietaretur istâ invectivâ collegae sui, sed semper subridens verba faceret placidê nugatoria, *Lapidida* eo magis indignatus iterum iterumque invehebatur in *Fabrum* anguillam semper elabentem... Sed nos alumni academici tali actione professorum theatricâ prorsus inexpectatâ mirum in modum attoniti et obstupefacti primo nescientes, utrum rideremus an lacrimaremus, deinde submissê risimus, postea cachinnavimus vehementissimê... - Quid nunc de Universitate Saravipontanâ? Iam ex pluribus decenniis eandem non vidi. Statne adhuc ante portam *turris* illa *Serrasiana* ferrugine oblecta? An tandem collapsum est hoc artificium pretiosissimum? In Instituto Palaeophilologorum num adhuc sunt Professores, suntne adhuc studentes? Quid de bibliothecâ illâ, ubi olim regnavit *Domina Degen*? Versarisne tu interdum in Universitate? Facisne interdum acroases ibi? An silent omnes Musae Saravipontanae? - *Lapidida* et *Mylius* et *Görlerus* interim omnes obiire; *Vervecem* illum praeceptorem exercitiorum stilisticorum humanissimum cum audirem obisse morbo canceri affectum, dolui haud leviter; etiam nuntio funeris *Lapididae* accepto haud immotus fui, quamquam haud raro factum erat, ut eidem irascerer aut putarem doctrinas eius taediosas parumque validas esse. Interim et tempore et loco ab eius doctrinis remotissimo mihi persuasum est eundem non quidem fuisse professorem coryphaeum ingeniosissimum, tamen scholis eius academicis sedulê preparatis me nonnulla discere potuisse; pergratus sum, quod *Lapidida* tantam vim attribuit arti textuum criticae. - Ceterum pro certo habeo *Lapididam* quamvis interdum morosum atque irritabilem, tamen fuisse hominem, qui - ut ait *Terentius* - *nil humani a se alienum putaret*. - Haec hactenus; raptim nonnulla litteris mandavi, quae inter studia Latinitatis Saravipontana academica ante plus quadraginta annos me expertum esse in memoriam revocaveram. Quid tibi videtur de his rebus a me narratis? Recordarisne? Quae ipse illo tempore expertus es? Narra mihi, *Michael*, quam fidelissimê et sincerissimê; tamen non necesse est, ut omnia enarres *ab ovo usque ad mala*, rigidissimo ordine loci et temporis; nam notum est nullum hominem nisi taediosissimum res quas expertus sit aut amabiles aut exosas accuratissimê tales referat quales reverâ factae sint. Nullus venator, nullus hamiota capturam suam enarret nudam, omnes eam vestiunt figmento decoro delectabilique. Ergo refer ea, quaecumque tibi in buccam venerint, ut gaudio fruamur recordationis communis et indulgeamus dulci fraudi tempus transactum laudandi... **Vale semper pancraticê, mi care Conditor Casae Grammaticae, et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

d.18. m.Maii a.2024 h.10:59

MICHAEL NICOLAO S.

Care Nicolae, proxima praeterita in Epistula tua Leonina denuo opus utique magnum obtulisti – materias medio in discursu publico sitas cum personis coniunctas, quae litigant et de quibus litigatur ... et haec non perpauculis lineis disputari possunt, nam egent spatio maiore. Ad haec omnia rectê in exordio tuo – inde unusquisque concludat quaecumque: benedictus is est homo, qui habeat libertatem eligendi.

Semper amatori controversiarum politicarum – culto modo actarum – mihi valde placuit *Oratio veritatis simplex Gaii Licoppe* Bruxellensis (mihi optimê nôtus ex temporibus Saravipontanâs collaborator Latinitatis Vivae et auctor Vocis Latinae) de historiâ regionis Palaestinae post

mandatum Britannorum finitum anno 1948° et de hodierno bello crudelissimo terroristarum Palaestinensium contra societatem civilem democraticam Israelianorum. - De *Sahrā Aurigā Aliciāque Pascuali*, populistis vehementissimis (magnā voce loquentibus) ambobus nihil nisi ... nihil iam. Maximam scilicet utilitatem captant ex mediocritate summovente vel obstupente et ex – praeter nubes verborum grandissimorum – inertia perpetua eo tempore gubernantium: iidem enim destruunt statum democraticum et fovēt *Alternativas* utriusque partis. Sed hoc officium sit electorum electionis Europaeae et electionum, quae fient in regionibus Germaniae orientalis. - Saturam autem lancem pretiosam mihi obtulisti recordationum temporis illius, quo nos ambo Saraviponti studuimus Latinitati cognoscendae. Risi perquam medullitus. Nonnullas res a te narratas adhuc recordor, quibus ipse interfui, aliae mihi novae sunt. Imprimis illud, quod fulgure spirituali illuminatus studens quidam iunior quaesiverat ex *Petro Lapidida*, patre – inter omnia – benevolo Olympico, me quamvis tot annis interim elapsis tamen denuo exhilaravit. - Iter Graecum (verē anni 1984ⁱ) C.V. Mylio moderante mihi fructui delectationique fuerat, et valde contentus sum, quod tum mihi contigit Patrem Caelestem primo ad singulos articulos Vocis Latinae, post ad librum compactum *De itinere Graeco* (1997 denique, 637 pp. Bibliotheca Latina II, multis cum figuris picturis) componendum hortari. - De fortunīs Instituti Philologiae Classicae annorum praeteritorum parum scio; credo anno 2013° me denuo ibi fuisse (iubilaeum anniversarium *Görleri* occasionem praebuit). Meā quidem sententiā nos ambo experti sumus – hoc licet dicamus *mutatis mutandis* et *cum grano salis* – Instituti Saravipontani *aetatem auream*. Cuius ordinarius (em.) nunc unicus ultimusque *Petrus Riemer* interdum Confluentibus apparet lectionis habendae causā – semper magni ingenii – in circulo quodam *Amicorum Antiquitatis Vivae*. - Labores mei translationis (cum introductione et commentariolis) octo librorum *De gubernatione Dei* Salviani presbyteri Massiliensis (tempore migrationis tunc ‚universalis‘ populorum) interim ad finem adducuntur: duae redactiones necessariae erant – una linguae Latinae, altera theodiscae. Versionem pagina interretiali www.academia.edu iterum iterumque renovare pergam. - Haec hactenus – **medullitus tē salutat Michael Faber** (vulgo: *Schmude*) **Mense Maio anni 2024ⁱ**.

d.09. m.Iun. a.2024 h.00:30

NICOLAUS MICHAELI FABRO OPTIMO S. S.V.B.E.E.V.

Gratias plurimas, Conditor Casae Grammaticae carissime, pro responso tuo prolixo. Annuntiatione tuā curiosus factus sum. Cupio scire, quidnam novi in Casā tuā Grammaticā praebiturus sis. ... Tempora mutantur et nos mutamur in illis: etiam Vox Latina mutata est. Ceterum methodus commentarios publicandi interretialis multo melius mihi placet: hac usus celerius et vilis et subtilius publicare possum. Tamen si agitur de libris, praesertim de litteris bellissimis, quibus insunt fabulae pulcherrimae, adhuc electronicae rationi praefero paginas chartaceas more tradito compactas et editas (causis aestheticis et didacticis - i.e. hapticis). Sed talia faciat quicumque ad libitum suum. Maximē semper valent ipsa argumenta, minus valent forma et margo et involucrum, quibus adhibitis divulgantur. -

In appendice, care commilito, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo 'Röper' = *(Aus)ruf'er*) cum Romano Cellario (*Roman Zeller*) de RUSSIA RUSSISQUE habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba *Praeconis* et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Medullitus te salutat **NICOLAUS**.

d.14. m.Iun. a.2024 h.08:13

MICHAEL NICOLAO S.

Care Nicolae, consilia meā *Casam Grammaticam* pertinentiā adhuc vagā potius et in statu nascendi interea versantur: in animo habeo quaedam capitula – imprimis de phaenomenis syntacticis – longe iam antea pro et cum studentibus meis crebro tractata et probata singulariter accuratiusque elaborare et postea in serie liberā et – quoad primum – sine formā marginēve fixā ponere in *Casā* ... ad usum communem. Et deinde – videamus. - Ad electiones Europaeas diei 9° m. Iunii: meā quidem

sententiā isto tempore factiones medii spatii politici sint debiliores, quam ut solvant quaestiones societatis nostrae. Cum autem magna pars hominum sentiat hanc factionum democraticaeum debilitatem, pelluntur ad factiones radicales (AfD, BSW/Sinistram et al.). - Colloquium Praeconis interrogatorium lēgi. Nonnullā possint esse verā. Multo autem plurā nec confirmari nec verificari – et omniā nequāquam causae alicuius criminis afferri aut adhiberi possunt ad ulla atrocitates commissas purgandas. Certā sunt: invasiones Russicae in Georgiam, subversiones Russicae in Moldaviā, annexiones Russicae paeninsulae Chersonesi Tauricae et invasio Ucrainae orientalis. Rarissimē clarius istō casū nominari potuerunt quis sit offensor et quis defensor. Accedunt fugae, expulsionēs, raptūs liberorum ac mutationes sedum vi obtentae (i.e. deportationes) – omnia, quibus invertitur consistentia populi regionis atque incolae coguntur, ut russificentur, et post: querelae neoincolarum de quibuscumque et *referendum* de appropriatione nationali? [ridiculum dictū]. Unde veniunt aggressiones in gentem vel institutiones civiles Ucrainae, in omnes structuras inferiores – num ultro sunt exortae? [horribilē dictū]. Terrores incredibiles in homines privatas privatosque? Quomodo constitutus esse debet, qui communiā facit illā verbis ... *fiunt horridā, fiunt scelerā in bellis* [item loquitur etiam Auriga]? Sufficiant haec. - Si tyrannus ille Russiae non prohibitus erit vehementissimē ... longius latiusque expandet terrorem a sē orientem – defensio vel determinatio semper manifesta sicut propulsatio sine ullā ambiguitate debet esse officium communē Europae unitae contra huiusmodi imperatores – haec est lingua unica, quae intellegitur. - Video parallelas dilucidas bellorum Putini et bellorum Persarum saeculi 5ⁱ a. Chr. n.: unā ex parte appetitus expansionum cuiusdam imperii orientalis in occidentem (hic: versus Georgiam et Ucrainam, fortasse Balticum) atque in adversarios, qui creduntur minores (tunc: versus póleis Graecas asiaticas) et ob discordiam notoriam invalidae et ad oppositionem fortem inpotentes. Alterā ex parte communitio urbium geneticum, quae ad defendendum paratae eis contrapondium politico-militare demum dedit et rem perduxit ad cladem gloriosam imperiī sui ipsius arbitrii. Et quid hōc tempore vel hodie? - Historia docere potest – non in singulis, sed per rerum structuras ...

Medullitus te salutat Michael Faber (vulgo: Schmude) Mense Iunio anni 2024ⁱ.

d.14. m.Iun. a.2024 h.12.26

NICOLAUS MICHAELI SAL.PL.

Gratias plurimas, mi care Commilito, pro epistulā tuā prolixā et argumentis plenā. Quamquam de Ruteniā eiusque Praeside (aliis fontibus usus) aliquatenus aliter cogito quam tu, libentissimē publicabo verba tua proximā in epistulā. Nam semper mihi pretiosissimum est proverbium iurisprudentiae Romanae quod est: AUDIATUR ET ALTERA PARS. - Appendici imposui alterum textum, quo agitur de Russiā Russisque hodiernis. Auctor est diurnarius Americanus, cui nomen est: IOHANNES (vulgo: John) VAROLIUS. Qui describit ea quae nuper expertus est iter in Russiam faciens. Tolle, lege, mirare: Fortasse verbis Varolianis perlectis sententiam tuam de Russiā Russisque dictam aliquatenus corriges. - De Ucrainā dico in praesenti nil nisi hoc unum: Si perrexerimus arma in miseram hanc terram iam devastatam mittere, mox etiam ultimi incolae animas suas efflabunt: Deinde Ucraina erit libera a Russis necnon ab Ucrainiis ipsis: NATO (i.e. AMERICA EIUSQUE VASALLI) enim faciunt id, quod nuper dixit Senator quidam Americanus: *'Defendimus Ucrainam usque ad ultimum Ucrainium'*. Hoc consideranti in mentem mihi venit illud quodam cum sale nigro, sed haud inficetē dictum medicinale: *"Operatio ipsa successit feliciter, quamquam patiens est mortuus."* i.e. *libertatem Ucrainiorum feliciter servavimus, quamquam omnes nunc mortui sunt.* - Num hoc est optabile? Cogito talem cogitationem esse et absurdam et ab humanitate alienissimam. Oportet tandem cum Russis de pace agere. Falso dicitur *Putinus* nolle disceptare de pace. Iam pridem contractus pacis Constantinopoli a Russis et Ucrainiis paene perfectus erat - tum *Boris Johnson* mandatu Americanorum multum pecuniae et armorum promittens *Selenskium* iussit pacem respuere et pugnam continuare vehementiā quam maximā. Revera *Selenskius* nihil est nisi scurra et neurospaston Americanorum, qui his duobus annis, quo compatriotae sui passi sunt horribilia - factus est miliardarius cum uxore suā gemmarios

NeoEboracenses sedulê et avidê frequentans. - Quod attinet ad Russos eorumque Praesidem, politici et diurnarii nostri potius depingunt gryllos (imagines depravatas) quam describunt veritatem. *Putinus* procul dubio non est angelus (putasne ullam terram, immo terram totius mundi maximam regi posse ab angelo?). Qui particeps Officii Secreti fuit, non potest esse angelus. Sed quid de *Iosephulo Somniculoso* (praeside Americae) aut de *Olao Oblivioso* (qui personam gerit cancellarii nostri *CumExiani* - an *Alzheimeriani*?) - verumne credis istos senes aut verê aut simulatê decrepitos esse *animas candidas*? Profecto falsum est *Putinum* daemonizare - puto eundem id assecutum esse, ut status Russorum oeconomicus multo melior sit hodie quam aetate Sovieticâ. Ineptum est suspicari eum velle more *Napoleonis* aut illius Austriaci Ducis Germaniae omnium nocentissimi totam Europam, immo totum globum terrestrem expugnare: Îdem prudentior est, quam ut tantum audeat conari: Bene scit quot et quanta arma habeant Natoniani. Nec puto eum ultro quadam megalomaniâ apocalypticâ obsessum velle armis ûti atomicis; sed, si putat periculum esse, ne Russia devincatur et destruat, sibi non temperabit, quin etiam utatur talibus armis. Nisi hoc faceret, a primoribus Russiae (aut ministris aut praefectis generalibus aut oligarchontibus) quam maturrimê de viâ tolleretur. Ceterum pro certo habeo *Putinum* nequaquam esse politicum Russiae maximê radicalem; lege et audi, quae e.g. *Medwedew* ille faciat verba minacissima: concludes eum esse multo radicaliorem quam *Putinum*. Ergo errant ii, qui commendent Russiae civibus, ut seditionem conflent et *Putinum* de viâ tollant. - Maximê consentaneum est, ut quam maturrimê cum Russis de pace disceptetur. Scilicet necessarium esse, ut Americani directê participent has disceptationes: Nam reverâ non agitur de bello ucrainio-russico, sed americano-russico: est id quod dicitur anglicê: "*war by proxy*", i.e. bellum vicarium, theodiscê "*Stellvertreterkrieg*": Moriuntur acervatim miseri Ucrainii, sed nullo milite Americano afflicto industria armorum Americana saginatur uberrimê! --- Importatione armorum etiam etiamque periculosiorum - nostra oeconomia (exceptis "*Metallo Rhenano*" et Agnete istâ Furiâ Liberalium *Comiti Draculae* haud absimili) definitivê decoctura est necnon vehementer timendum est, ne Russi ruchetas immittant etiam in Germaniam nostram (iam gubernatione aerumnosâ sat vehementer afflictam). Quid deinde? Bellumne Tertium Mundanum? Idque nucleare? Recordare formulas illas:

1. Qui primam miserit ruchetam nuclearem, morietur secundus. - 2. Superstites invidebunt mortuis. --- Insania et vesanitas! --- Delibera, mi optime *Michael*: Quem ad finem miserrimi Ucrainii a Regimine Selenskiano saevissimê coacti (pueri et puellae, senes et aniculae mediâ de viâ corripuntur et sine ullo tirocinio fiunt pabulum cannonum!) istam pugnam pugnant praestantiâ atque superabundantiâ Russorum desperatam armis Natonianis frustra instructi et a militibus Natonianis illicitis atque clandestinis iam pridem sed frustra adiuti? *Ut Ucraina fiat membrum Natonis!* Eheu! Hinc illae lacrimae! Si facta esset neutralis haec terra (quae frumento et divitiis subterraneis abundat, sed ab oligarchontibus est expilata), posset hodie esse terra Helvetiae comparabilis. Quoquomodo - sine isto bello - Ucrainiae status hodiernus esset multo melior. Non fit voluntate ipsorum Ucrainiorum, sed gubernationis Americanae eiusque neurospasti, i.e. *Volodymyri Selenskii*. - Absurdissimum est id quod nobis inculcatur praeconatione propagandâ: Ucrainios pugnare pro libertate suâ, immo, pro libertate omnium Occidentalium! Reverâ *Selenskius* iam pridem tyrannus est, oppositio et omnes publicationes et stationes radiophonicae atque televisificae oppositionis politicae sunt ab isto scurrâ tyrannico prohibitae, dissidentes aut in carcerem iniecti aut iam pridem interfecti. - Haec hactenus de Russis Ucrainisque. Sed nunc legas quaeso verba *Varoliana* et scribe mihi quaecumque tibi in buccam pervenerint. - Ceterum: Si semper de omnibus rebus consentiremus, nostrum commercium litterarum esset taediosissimum. Oportet verbis et argumentis dimicemus quam Latinissimis. - Tu autem, mi care *Michael* Corporationis Academicae '*Domine Vetule*' (gerisne adhuc colores et dolone battuis? An talia iam pridem reliquisti iunioribus?), Commilito Latinissime, Casae Grammaticae Conditor et Cultor - vale basilicê et pancraticê et perge mihi favere. Semper exspecto litteras tuos animo suspensissimo. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus**

IACOBUS A MISERICORDIA

d.15. m.Mart. a.2024 h.13:47

IACOBUS NICOLAO S.

En habeas, carissime, Macbetti mei hanc editionem. A te peto ut, si velis de ea mentionem aliquam facere, mensem Maium expectes. Nam fasciculum in publicam lucem mense Aprii exiturum esse *Francisca Deraedt* me monuit. Fasciculi ad me auctorem iam pervenerunt. Utinam te delectet! Noli esse severus. **Vale Iacobus A Misericordia**

d.15. m.Mart. a.2024 h.14.06

NICOLAUS IACOBO POETAE INGENIOSO SAL.PL.

Gratias plurimas, mi care Iacobe, quod mihi misisti opus tuum adhuc ineditum. Libenter perlegam symbolam tuam *Melissae* et apto tempore opus tuum annuntiabo. Vale semper et perge mihi favere. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.**

d.07. m.Maii a.2024 h.09:31

Leolatio Iacobus a Misericordia spd

Carissime, duo fere menses elapsi sunt ex quo ultimum epistolium tibi misi neque tamen ullum fasciculum ephemeridis tuae accepi. Velim in numerum eorum qui ephemeridem tuam via electronica accipiunt iterum adscisci. Mihi gratum feceris si iterum adsciveris. Tibi mitto brevem fabulam. **Vale.**

d.07. m.Maii a.2024 h.18.51

LEO LATINUS IACOBO PIETATIS SUO OPTIMO S.

Care Iacobe, quia tam cupidus es Leoninas meas legere, honore nunc afficiar *primae lectionis*. Nam tu nunc es primus qui accipiat EL 288, i.e. novissimam. Lege hanc Leoninam et refer mihi, quidquid tibi in buccam veniat. Ceterum gratias tibi plurimas refero pro fabulâ tuâ. Vale semper pancraticê, defensor Latinitatis vivae fortissime et perge mihi favere. **Medullitus te salutat LEO LATINUS.**

d.09. m.Iun. a.2024 h.01.04

LEO LATINUS IACOBO PIETATIS FABELLARUM INTERPRETI SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

In appendice, care amice, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo 'Röper' = *(Aus)rufere*) cum *Romano Cellario* (*Roman Zeller*) DE RUSSIA RUSSISQUE habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba *Praeconis* et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Medullitus te salutat **NICOLAUS**

d.09. m.Iun. a.2024 h.14:11

Nicolao Iacobus.

Simulatque ex computatro textum inspexero, tibi scribam. **Iacobus.**

d.09. m.Iun. a.2024 h.01.05

NICOLAUS IACOBO S.

Exspecto responsum tuum laetâ cum suspensione animi. Semper vale, **Nicolaus Leo Latinus.**

IOHANNES PETRUS BATAVUS (*vulgo: Jan-Piet Knijff*)

d.08. m.Maii a.2024 h.00:58

NICOLAUS IOHANNI PETRO SUO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

UT VALES? ACCEPISTINE EL 288? IAM EX AEONIBUS NIHIL ACCEPI A TE. NONNE VIS MAUPASSANTIUM TOGA INDUERE? SCRIBE MIHI QUIDQUID TIBI IN BUCCAM VENERIT. VALE SEMPER, NICOLAUS LEO LATINUS

d.08. m.Maii a.2024 h.08.33

IOHANNES NICOLAO S.

Salvus sis tu, Leo carissime! Accepi quidem libellum, vero cursim tantum inspexi. De fabella toganda cogitabo. Tu interea pancratice valeas cura. **Johannes**

d.09. m.Iun. a.2024 h.12:48

NICOLAUS IOHANNI PETRO OPTIMO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

Quid fit, quid agitur, care amice? Iam ex aeonibus nihil accepi a te scriptum. Utinam interim condicio vitae tuae certior atque prosperior facta sit! Utinam sint adhuc tibi occasiunculae Latinê scribendi! - In appendice, care amice, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo 'Röper' = *(Aus)rufere*) cum Romano Cellario (*Roman Zeller*) **DE RUSSIA RUSSISQUE** habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba Praeconis et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. - Medullitus te salutatur **NICOLAUS**

d.10. m.Iun. a.2024 h.12.21

IOHANNES NICOLAO S.

Salvus sis, Leo optime maxime! Quod istud colloquium abs te in Latinam versum ad me misisti plurimas tibi gratias. Non possum quin Latinitatem tuam imo ex corde admirer. Immo (mirum!) putares collocutores vel Latine sermocinantes audire. De rebus autem politicis a sententia dicenda sine abstineam. Nam cum non satis multum vel multa de istis rebus scio ut subtiliter de re decernam, tum videor mihi generatim alteri favere factioni. **Cura, Leo mi care, hoc tristium bellorum tempore valeas athletic!**

RADULFUS BONAEROPOLITANUS

d.08. m.Maii. a.2024 h.00.49

Radulfus Leoni Latino s.

Care Leo Latine, gratias plurimas. Legere incipiam. **Radulfus**

d.08. m.Maii. a.2024 h.00.52

LEO RADULFO S.

DIMIDIUM FACTI IS QUI COEPIT HABET. HORATIUS

VALE SEMPER LL

d.13. m.Maii. a.2024 h.23.36

Radulfus Leoni Latino s.

Carissime doctissimeque Leo Latine, Iam scis me semper tuam amicorumque tuorum latinitatem laudare. Attamen tali doctrina non semel obruor: tam multiformis uberque est. - De in Oriente Medio conflictu pauca scio: legi "VERITATIS SIMPLEX ORATIO", quae non pauca me docuit. Curiositatem meam movit quod de ILLUMINATIS legitur, etsi, ut dixi, pauca scio. Ianum Gruterum solum de nomine noscebam: gratias igitur ago ob notitiam de eo. - PROVERBIA AD FAMEM legere incepi. Mox sequar. Perutilis labor, mea sententia. Musam Horatii Bologna laudo. Flumen Tammarum non noscebam. Si Ausonius Mosellam optime cecinit, noster hodiernus Horatius in astra Tammarum fert. Ignorabam "Molise" regionem Samniticam fuisse. Ideo egomet "samnita" ad modum meum sum, quia patris mei mater in urbe "Campobasso", capite eius regionis, nata est.

Vir non fui bellicosus,

etsi in parte sum samnita:

*utinam essem bellator
ad iuvandos fratres meos.
Gratias semper, carissime.
Te salutat tuus Radulfus*

d.14. m.Maii. a.2024 h.00.47

LEO LATINUS RADULFO SUO OPTIMO SAL.PL.

Gratias maximas, care Radulfe, tibi ago pro existimatione Epistulae Leoninae 288. Nam semper gaudeo legens, quid lectores sentiant de symbolis periodici nostri. Pancraticê vale, mi care amice, et perge mihi favere. **Medullitus te salutat LEO LATINUS**

d.12. m.Iun. a.2024 h.00.18

Radulfus Leoni Latino s.

Carissime Nicolae, gratias plurimas tibi ago ob salutationem. Dialogum Russicum, ut ita dicam, quem ad me misisti legi, etsi non pauca meam mentem superaverunt: in meo quarto insulano mundo inhabitans, saepe conflictus magnitudinem et ramos non bene metior. - De patriae meae Argentinae praeside *Xaviero* (forsan etiam *Xaverium* dicam an non?) *Milei*... valde laetus sum. Mea *phrónesis* política non sinistrorsum sed dextrorsum arat: non nego. Attamen, obiectivitatem quandam quaerens, inflationem moderatus est, publicae securitati (fortasse praesidem *Bukele* imitans) consuluit, statum, quantum leges sinunt, deminuit, sic nominatam *Agenda 2030* recusat, corruptionem minuere ardue temptat, populus (circa 50%) etiamnunc ei favet. Media autem populationis (sumne perspicuus hoc vocabulo?) pars pauper est, sed haec paupertas ei tribui non potest. - Ut semper dico, utinam melius linguam Latinam noscerem, ut verba menti consentanea fierent. Denuo tibi grates ago salutoque ex corde. - **Radulfus**

*Pauperem insulam hábito,
Quae olim divitior fúerat...
Sunt autem amici boni
Mihi, qui laetificabunt
Meum animum doctrina.*

p.s. Oblitus sum dicere: nondum carmen fluviale a doctissimo Bologna pactum legi.

d.12. m.Iun. a.2024 h.10.37

NICOLAUS RADULFO S.

Gratias summas, care Radulfe, quod de statu rerum patriae tuae me certiore facis. De usu verbi *populationis* (quod a verbo *populi* distinguendum est) proximâ occasione tibi scribam. Bene est, quod quaeris; nam haec verba maxime valent. - Semper gaudeo, si refers de patriâ tuâ deque studiis et laboribus tuis propriis; nam maximê mihi semper placet res describi ab iis, qui earum sint peritissimi. Vale semper basilicê, mi care poeta gauchonum et perge mihi favere. **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus**

ROBERTUS SPATARO SALESIANUS

d.25. m.Maii a.2024 h.18.26

Nicolaus Roberto sal.pl.

Gratias plurimas, carissime Roberte, pro acroasi valdê doctâ et delectabili, quam modo fecisti. De ratione docendi Salesianâ rogatus commemorasti - ni fallor - duo opera, commentarium quendam ante 50 ferê annos editum et dissertationem recentissimam discipuli tui Brasiliani (nonne nomen eius gentilicium fuit LIMA?) nondum editam. Rogo te, ut titulos mihi indices et locos editionum.

Accepistine Epistulas meas Leoninas? Si quid publicare volueris, libentissime accipiam scriptum tui. Ceterum scribas mihi quidquid tibi in buccam venerit. Haec hactenus raptim, sed mox, si volueris, multo plura. Pancraticê vale, et perge mihi favere.

Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus

d.27. m.Maii a.2024 h.06.09

Robertus Nicolao viro doctissimo s.p.d.

Gratias ingentissimas tibi ago propter epistolium tuum. Fratri salesiano, qui docet apud Pontificium Institutum Altioris Latinitatis, nomem est *Ioseph Aloisius Lima*, Brasiliensis. Cui cursus electronicus est limadmj@unisal.it. Dissertatio, tota Latine conscripta, nuperrime est evulgata. Commentarii editi usque ad annos L saeculo exacto inscribebantur "*Gymnasium*". Placeat mihi quaedam scribere super Epistulas Leoninas. Valeas valeasque

VICTORIUS CIARROCCHI PISAURENSIS

d.09. m.Iun. a.2024 h.01:13

NICOLAUS VICTORIO SUO SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

Quid fit, quid agitur, Victori carissime? Cum legam persaepe litteras tuas ad Gregem Torunianum missas, bene scio te esse actuosissimum. In appendice, care amice, invenies Colloquium *Thomae Praeconis* (Praeco = vulgo '*Röper*' = (*Aus*)*rufer*') cum *Romano Cellario* (*Roman Zeller*) DE RUSSIA RUSSISQUE habitum. Tolle lege ad obrussam exige verba Praeconis et postea mihi scribe quidquid tibi in buccam venerit. Animo suspenso exspecto iudicium tuum peritissimum. Medullitus te salutat **NICOLAUS**

d.22. m.Iun. a.2024 h.18.46

Victorius Nicolao, doctissimo Latinitatis cultori ac propugnatori, s. p. d.

Gratias tibi ago, Nicolae, quod «actuosissimum» me benigne putes, quamvis haec 'actuositas' vana mihimet esse videatur. - Necesse non est ut colloquium 'De Russia Russisque' habitum legam, propterea quod sufficiunt quae fere cottidie de eo argumento in actis diurnis Italicis eduntur. Sed quoniam aliquid tibi dicam oportet, quaedam principia, quae in rebus politicis atque historicis perpendendis sequi soleo, aperte scribam:

1) Veritatem irrefutabilem in Heracliti principio inesse puto hoc: «Bellum omnium pater est omniumque rex». Iacobus Hillman (1926-2011), historicus et sociologus haud spernendus, in libro c. t. 'De terribili belli amore' [Anglice: 'A Terrible Love of War'] computavit quot bella gesta sint (inde ab historiae initio, usque ad praeteriti saeculi finem); en bellorum numerum: 14.600. Nullam verbum addo, sed tantum Anglice: 'No comment!'.
 2) 'Non est iniuria pati, quod quis prior fecerit', sive: vim vi repellere licet.
 3) Sententiam, quae est "audiatur et altera pars", minime respuo dummodo "alterius partis" fautores nisi veritate innitantur, saltem ab ipsa non omnino discedant.
 4) Quoniam inter duo mala, illud eligendum, quod minus noceat, facile intellegitur cui Civitati (Russicae aut Americanae) magis- vel obtorto collo- faveam.
 5) Demum de qualicumque re agitur, verissimum est hoc: "Ubi deest commune fundamentum, frustra disceptatur".

2) 'Non est iniuria pati, quod quis prior fecerit', sive: vim vi repellere licet.

3) Sententiam, quae est "audiatur et altera pars", minime respuo dummodo "alterius partis" fautores nisi veritate innitantur, saltem ab ipsa non omnino discedant.

4) Quoniam inter duo mala, illud eligendum, quod minus noceat, facile intellegitur cui Civitati (Russicae aut Americanae) magis- vel obtorto collo- faveam.

5) Demum de qualicumque re agitur, verissimum est hoc: "Ubi deest commune fundamentum, frustra disceptatur".

Optime valeas, care Nicolae.

////////////////////////////////////

CORRIGENDA ET SUPPLENDA

- 1). EL 286, p.62, lin.2-3: maritoque iterum iterumque pollicita se ne ulli (non: ullo) quidem umquam homini rem prodituram esse...
- 2). EL 286, p.62, lin.5: occidisse (non: occidisse).



Näheres unter
0821 / 9069613

oder unter

<https://maximilianus-schoen.jimdosite.com/>



ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut offeram titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... 49,00 €
- 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... 42,00 €
- 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... 45,00 €
- 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... 25,00 €

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIS AEI.

XX

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandatae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLITUDO	PRETIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA—Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE —Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI — Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00

13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040	978-3-938905-	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90

	6A	25-8	– Libri audibiles						
27	0050 6A	978-3- 938905- 26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	_____	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob/Wil- helm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90




**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

HANC EPISTULAM LEONINAM

DUCENTESIMAM UNDENONAGESIMAM



SUPERSTITES INVIDEBUNT MORTUIS



**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE
PERFECIT**

Die Dominicâ, d.07. m.Iulii a.MMXIV



**Dr. Nicolaus Groß
LEO LATINUS
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**